

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud BURNS AND OATES

VARSIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

London W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedit Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK
52, Barclay Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedit Apost. et S. Rituum Congr.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

VICTIS ATQUE VICTORIBUS QUAE SIT IN COLONIIS FORTUNA	P. Rossani.
DE HUMANIORUM LITTERARUM PROGRESSU POST RECENTISSIMA PHYSICORUM INCREMENTA	Ex scriptis	Mauri Ricci.
DE DISCIPLINIS PUESTRIS TRADITIS APUD ROMANOS	G. P.
PAR VIATORUM - De vita humana meditatio	Fr. X. Reuss.
EX AMERICIS - De urbe Pittsburgensi	H. Doswald.
SAPIENTUM INVENTA - Sol in servitatem redactus - Vita in metallis	M. Lani.
DE CLASIO POETA	v. u.
ADAMANTUM FULGIDISSIMAE GEMMAE	A. Costaggini.
ARABUM MORES	A. Vieillot.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECESIO	X.
ENIGMATA	Fr. Palata.

In tercia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Interdum quanti sit induere vestes alienas - Ioci	P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCCI

LIBRI ET COMMENTARI RECENS DONO ACCEPTI

- Prof. Dott. ROCCO CATTERINA, *I Signori di Castelbarco*. Ricerche storiche. — Camerini, ex off. Savini, 1900.
- Sac. Dott. MARCO BELLi, *Magia e pregiudizi in Publio Ovidio Nasone*. — Romae, ex off. Salesiana, 1901.
- F. T. MOLTEDO, *A Giuseppe Verdi*. Ode. — Florentiae, ex off. M. Ricci, 1901.
- Vita del Ven. Servo di Dio Fr. Bonaventura da Barcellona dell'Ordine dei Minori*, scritta dal P. EMILIO CRIVELLI del medesimo Ordine. — Quarachii ad Florentiam, ex off. Collegii S. Bonaventurae, 1901.
- RAPH. ELISEI, *Quaestiones Propertianae: De Urbe Propertii Natali*. — Asisii, ex off. Mestasiana A. Vignati, MCMI.
- Solution de la Question Romaine*, traduit de l'italien par M. E. GUÉRIN. — Romae, apud Desclée, Lefebvre et S., 1901.
- AGOSTINO CECCARONI, *Il Conclave*. (Storia - Costituzioni - Cerimonie). — Augustae Taurin.-Romae edid. Hyacinthus Marietti, 1901.
- P. BETTOLI, *L'educazione dei frenastenici in Italia e l'opera dei coniugi Gonnelli-Cioni*. — Bergamo, ex off. Fagnani, 1901.
- L'amico della gioventù.** Singulis hebdomadis prodit Veronae.
- Atene e Roma.** Commentarius cura Italae Societatis ad litterarum studia vulganda editus Florentiae-Romae.
- Index rerum an. IV, n. 28 (mense Aprili 1901): L'egloga IV di Virgilio (*G. Albini*) - Le fonti Euripidee dell' « Elena » di Goethe (*N. Terzaghi*) - Ancora delle Odi romane di Orazio (*G. Pittaco*) - La « Tebaide » di Stazio e la « Tebaide » di Antimaco (*G. De Filippis*) - Comunicazioni - Recensioni - Atti della Società.
- L'Ateneo.** De litteris et bonis artibus commentarius. Bis in mense prodit Romae.
- Index rerum an. XXXIII, n. 10: I romanzi di Antonio Fogazzaro (*F. Meda*) - Ad una fanciulla malata - Versi (*G. Vitali*) - « La Folla » di Paolo Valera (*G. Molteni*) - Storia di Pasqua (*P. Oter*) - Il melologo « Emigranti » di D. Tumiati (*E. Flori*) - Leggende francescane (*E. Ricci*) - Un poeta dialettale (*F. Rizzi*) - Appunti d'arte - Bibliografia, etc.
- Atti dell'Accademia Properziana del Subasio.** Asisii.
- Bollettino del museo civico di Padova.**
- La Croce.** Singulis hebdomadis prodit Neapoli.
- Divus Thomas.** Commentarius inserviens Academias et Lyceis scholasticam doctrinam sectantibus. Placentiae.
- Emporium.** Recensio menstrua litterarum et artium. Bergomi.
- Index rerum vol. XIII, n. 77 (mense Maio 1901): Arte retrospettiva: Carlo Crivelli e le sue opere alla Gallery National di Londra (*P. Buschmann*) - Attraverso l'Olanda (*G. Chiesi*) - L'architetto Giulio Todeschini da Brescia (*U. Papa*) - Il traforo del Semiponte (*N. Bazzetta*) - La mostra retrospettiva di comunicazioni, viaggi e trasporti (*G. Fumagalli*) - Concorso - Necrologio: Giuseppe Ricci (*E. T.*).
- Ephemerides Liturgicae.** Singulis mensibus Romae prouident cura Congr. Vincentianae.
- Giornale Arcadico di scienze, lettere ed arti.** Romae.
- Il Marzocco.** De litteris et artibus commentarius. Florentiae.
- Minerva.** Recensionum recensio, moderatore Friderico Garlanda. Romae.
- Singulis dominicis diebus prodit, scripta maximi momenti, quae sive in praecipuis commentariis, sive in libris vulgaribus, accuratissime referens.
- Nuntius Romanus.** Romae.
- L'Oriente Serafico.** Commentarius editus cura fr. Minorum S. Mariae Angelorum ad Assum.
- L'Osservatore Cattolico.** Diarium Mediolanense.
- La Ricreazione.** Commentarius bis in mense editus Tergeste.
- Rivista di filologia e d'istruzione classica.** H. Stampini mod. prodit Aug. Taurinorum.
- Index rerum an. XXIX, fasc. II: Il paese e la caccia in Omero (*G. Setti*) - Varia (*L. Valmaggi*) - L'egloga IV di Vergilio (*R. Sabbadini*) - Dubbi sul « Brutus » di Cicerone (*R. Sabbadini*) - Il Ms. Hersfeldese delle opere minori di Tacito (*R. Sabbadini*) - Spizzico di etimologie latine e greche (*O. Nazari*) - De-Lygdame Ovidii imitatore (*F. Longhi*) - L'incendio di Roma e i primi Cristiani (*G. Ferrara*) - Bibliografia - Rassegna di pubblicazioni periodiche (*D. Bassi*) - Pubblicazioni ricevute dalla Direzione.
- Rivista Internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie.** Semel in mense prodit Romae.
- Index rerum an. IX, vol. XXVI, fasc. CI: Gli emigranti italiani all'estero e specialmente in Germania: Note statistiche (*P. P.*) - La libertà d'insegnamento (*G. Provano*) - Il protezionismo marittimo in Francia (*C. Bruno*) - Sunto delle riviste - Esame d'opere - Note bibliografiche - Cronaca sociale.
- Rivista politica e letteraria.** Semel in mense prodit Romae.
- Index rerum an. V, vol. V, fasc. II (mense Maio 1901): Il principe reale (XXX) - Via Lucis (*C. Vivaria*) - L'esposizione di Venezia: Augusto Rodin (*M. de Benedetti*) - Ostruzionismo tributario a base di anacronismi economici (*L. Nina*) - Il sentimento estetico nei bambini e nei giovanetti circa la pittura e la scoltura (*G. Chialvo*) - Un commediografo banchiere: Il conte Giovanni Giraud (*G. de Franz*) - Vita scientifica: L'evoluzione delle leggi cosmiche e la sociologia (*G. de Gennaro*) - Diario politico internazionale - Necrologio - Bollettino bibliografico, economico e finanziario.
- Rivista di storia antica e scienze affini.** Messanae.
- La scuola secondaria italiana.** Singulis hebdomadis prodit Mediolani.
- Valle di Pompei.** Commentarius editus ad solamen puerorum, qui, cum parentes habeant in vincula coniectos, hospitio ad Pompeios accepti sunt.
- La vera Roma.** Singulis hebdomadis prodit Romae.
- Vittoria Colonna.** Commentarius ad Italas mulieres. Bis in mense prodit Neapoli.
- Studien und Mittheilungen.** Reigen.
- Obnova.** V. Hradci Králové.
- Vlast.** V. Praze.
- L'Association Catholique.** Revue mensuelle des questions sociales et ouvrières. Lutetiae Parisiorum.
- Index rerum num. idibus Maiis editi: Le nouveau Code civil allemand au point de vue social (*G. de Pascal*) - La question des retraites ouvrières. - Rapport à la 4^e Réunion des Revues catholiques d'Économie sociale (*A. Boissard*) - Organisation de l'assu-

rance ouvrière. - Rapport à la 4^e Réunion des Revues catholiques d'Économie sociale (*G. de Saint-Aubert*) - L'assurance contre l'invalidité et la vieillesse en Allemagne d'après les statistiques les plus récentes - (*G. de Saint-Aubert*) - Le mouvement social catholique en France (*Henri Savatier*) - Le mouvement des « Jeunes » à Valenciennes (*A. Doal*) - L'organisation professionnelle. Allocation prononcée à la Société d'Économie sociale (*Cte A. de Muir*) - Chronique bibliographique (*V. de Clercq*).

Suppléments de la revue « Le Pain », Revue des questions sociales féminines.

Lectures populaires illustrées d'études sociales.

La Papauté et les Peuples. Revue internationale des sciences sociales, d'histoire et de droit public chrétien. Lutetiae Parisiorum.

Bulletin Bibliographique internat. Bruxellis.

Revue Bibliographique Belge. Bruxellis.

Revue Neo-Scolastique. Lovanii.

Boletín-Revista de la juventud católica de Valencia.

La Crux. Madriti.

El Eco Franciscano. Santiago.

Revista Católica de las cuestiones sociales. Madriti.

Revista crítica de historia y literatura españolas, portuguesas, é hispano-americanas. Madriti.

Revista Ecclesiástica. Valdoleti.

La Semana Católica. Madriti.

Amerikanski Slovenec. Tower.

L'Artisan. Revue mutualiste. Montreal(Canada).

La Semaine religieuse. Québec.

El Católico. Santiago de Cuba.

Der Herald des Glimbens. St. Luis Mo.

Diario de Centro America. Guatemala.

Johns Hopkins. University Circulars. Baltimore.

Katholischer Mesten. Dubuque.

The Messenger of the Sacred Heart. Neo-Eboraci (U. S. A.).

Niagara Index. Niagara University. N. Y.

Revue Ecclésiastique. Valleyfield in Canada.

The Review. Singulis hebdomadis editur Saint-Louis M. (U. S. A.).

The Rosary Magazine. Patrum a S. Dominico paeconium menstruum. Somerset (Ohio U. S. A.).

The Church Progress. St. Luis Mo.

The Tidings. Los Angeles, Cal.

Le Messager de Tahiti.

Our Alma Mater. St. Ignatius College. River-view, Sydney.

I-wen-lou et Revue scientifique. Zi-hai = Shang-hai.

VICTIS
QUAE

NULLA
libus
ducendas, v
pertinent; v
niarum pra
omnes civi
tam prospe
qualem vix
solo excita
plicari ubiq
dire frequen

At nulla
misera gent

Ad quid
test, nihil
quam profi
ad humani
hebescere i

Unde a
ria, quos
Mark Twain
quam expa
tumque est
uno vix de
deficere. C
visque eius

Venenu
modo tran
rum cum
industribus
divitiarum
consuetudi
munt.

Sed m
adepto vi
regionem
omnem ev
templa co
magistratil
perculsis,
rum consti
accensum

Evangel
relictum o
ipsis pae
poris spat
Christo co
ut alia on
traditio in

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

VICTIS ATQUE VICTORIBUS QUAE SIT IN COLONIIS FORTUNA

NULLA ferme negotia tanti momenti aequalibus nostris videntur, quam quae ad deducendas, vel amplificandas, vel regendas colonias pertinent; unde fit ut qui commentarii a coloniarum praesidibus mittantur, eos avido ore omnes cives perlegant, plerumque admirantes tam prosperam rerum conditionem *illuc inveniri*, qualem vix prodigio liceret adscribere: urbes e solo excitari, vias ferreis axibus stratas multiplicari ubique, novae humanitatis miracula prodire frequentissima.

At nulla in his scriptis mentio de incolarum misera gente, qua novi domini potiti sunt.

Ad quid enim? Nihil boni de ipsa dici potest, nihil quod aures permulceat; inde potius quam profiteamur hominum illud genus, quod ad humanitatem deducimus, animo et viribus hebescere in dies, silere prorsus malum.

Unde autem tanta illorum victorum miseria, quos tamen nemo ferro necare decertat? Mark Twain auctor est, nihil perniciosius ipsis quam expolita nostris moribus institutio; notumque est illud experti nautae effatum, barbaros uno vix dominorum visu febri quasi correptos deficere. Optime quidem! Humanitate enim nonvisque eius moribus passim moriuntur.

Venenum hoc novum modo recto tramite, modo transverso excipiunt. Igniti potus, quorum cum barbaris maximum commercium est, industribusque viris atque actuosis ingentium divitiarum causa, alliciunt gustu incolas, mox consuetudine devincunt, tandem abusu opprimunt.

Sed magis noxia, licet magis lenta, ipsa adeptio victis. Domitores enim, cum in cultam regionem occupant, rem publicam privatamque omnem evertunt: deorum simulacra prostrant, tempa conculcant, altaria diruunt, legibus atque magistratibus irrident. Barbaris, primum mente percussis, deinde optimum videtur se quavis morum constrictione solutos esse et quovis metu, si accensum militem excipias.

Evangelii nunciis omnia funditus instaurandi relictum opus non negamus, at scimus pariter, ipsis praecolum verbis, quam longissimum temporis spatium intercedere debere ut vere in Christo conversio haec fiat. Ecquis enim ignorat, ut alia omittam, quantum avita tot saeculorum traditio in homines polleat?

**

Moribus hoc modo eversis, vetus habitus, robur ac valetudo etiam amittuntur, genus paulatim extinguitur, moritur. Manet autem victores horum morientium quasi ultio, qui quidem venenarios venenatos faciunt. Victoribus enim pestis est imperium, quod pessimo abusu per fas et nefas ii exercent. Vis ipsis non ultima quidem, sed prima ratio, qua cito facileque vir, licet prudens, excultus, lenis, in belluinium morem eo magis ruit, quo diutius neque institutione neque aetate imperii consuetudinem habuit. Itaque nova potentia quasi ebrium sese gerit, cumque victos armorum metu deterruerit, calliditate deinde utitur, ne ipsa quidem apta, ut ad morem homo ducatur. Quid autem fit haec regendi populos ars, cum adhibetur contra gentes, quas barbaras aestimamus, atque longe sunt infirmiores quam nos et mente et moribus et culturae praevalidi?

**

Quae sint victis et victoribus mala in coloniis vidimus; nonne remedia indicare datum erit?

Assentior in summis cl. v. Adhemardo Leclerc, qui in conventu de disciplinis ἐθνογραφίος superiore anno Lutetiae Parisiorum habito rem fusius pertractavit: quam minime quamque possumus gradatim in coloniis deducendis destruere oportere, iis, quae in singulis populis sint, uti, paullatim meliora reddere, neque ex abrupto mores, consuetudines, leges imponere, quae per saecula a nobis elaborata, per saecula tantum adducta, aliis statuere possumus. Utilitatem potius quaerere, opportunis adhibitis mutationibus, in rerum quae vigeat conditione, atque lenta evolutione procedere, id est naturae vi, quam violenta mutatione, historiam prae oculis habentes et populorum doctrinam, quae iam apud Ciceronem nos docet « naturam ex naturis pluribus concretam ».

P. ROSSANI.

DE HUMANIORUM LITTERARUM PROGRESSU POST RECENTISSIMA PHYSICORUM INCREMENTA (1)

Si illi unquam oratori de bonis litteris sermonem instituendi optima obvenit occasio, eum certe me esse sentio, qui in hac celebri quidem urbe atque eruditis hominibus affluent, in frequentissimo adolescentium conventu, apud litterarum doctores omnimoda sapientia praeclarissimos, in hoc tanto disciplinarum omnium cultu atque incremento, dicendi facultatem habuerim. Quo-

(1) Oratio habita Florentiae in Auditorio magno Scholarum Piarum.

cumque enim oculos convertamus sive ad philosophiae, sive ad eas quas mathematicas vocant disciplinas, sive ad physicas, praestantissimorum hominum ingenis atque alacritate, incredibile memoratu est quantum illae breviter acreverint, et quo magnitudinis processuras iam nunc confidere possimus. Montes subversi, maria constructa sunt; naves aquarum vaporibus impulsae, ventorum tempestatumque potentes, pelago dominantur; terram ferreis limitibus constrata fulminea celeritate supervolamus; fulgura ipsa caelo eripuimus, neque aliud nunc facinus aggrediendum nostrae superest audaciae, quam aeris campos tranantes, pennis non homini dati, in auras extolli. O beata tempora, quibus haec ingeniorum portenta prodierunt! nos fortunati, ac tempestive summoque Dei beneficio in lucem editi, qua aetate tot saeculorum triumphatis erroribus, maximis inventis excogitatisque rebus, summum sapientiae apicem arripuisse ac tenere videmur! Quae mihi animo saepenumero reputanti et dulcedine quadam memoria repetenti, perbeati supra ceteros praeteriti temporis, adolescentes, videmini; namque, etiam ad humaniores litteras tantum vacaturi plerique accedatis, tame haec nova disciplinarum atque artium incrementa validique doctorum conatus, qui maiorum inventa summa ope vincere et tenebris abolere contendunt, vos studiaque vestra maxime petunt. Licet enim ad meam sententiam verba illa Ciceronis afferre, quum de poetarum facultate esset ei disserendum: « Omnes artes quae ad humanitatem pertinent, habere quoddam commune vinculum, et quasi cognitione quadam inter se contineri ». Quare graeci homines qui philosophiam penitissimam in fabulis concludebant, ab Iove genitas et sorores, inventrices illas atque omnium doctrinarum magistras Musas effinxerunt; quippe quae ab uno eodemque capite exortae unum idemque esse omnigenae sapientiae principium testarentur. Igitur haec nova supellex et matieres, quae severiorum disciplinarum processu, nostros ante oculos ultro et palam obvenit, non solum non reiicienda in litteris, quin etiam avidissime est arripienda, nisi arctissimum hoc studiorum vinculum, stulta animi coecitate, abrumpi ac praecidi velimus. Neque vero audienda est quaedam doctorum natio (pace horum dixerim), qui ita in antiquis litteris veteribusque monumentis sese abdiderunt, ut quaecumque vel minimam novitatem sapiant, atque a maiorum exemplis sive in sententiis, seu in imaginibus aliquantulum recedant, fere ac pestiferum quoddam monstrum viderint, perterriti effugiant; atraque perciti bile, corruptum Italorum ingenium, eversas litteras irato ore clamant. Qui mihi videntur humani animi cognitione omnino expertes esse, quem recentia veteribus addere, res adhuc incognitas perquirere et perquisitas explanare, motuque nunquam intermisso, doctrinas atque inventa polire et perficere, ipsa Dei sapientia et vis naturae insita iubet. Studeant ii potius quomodo summa haec rerum miracula destruantur, naturae fecunditatem ac venam exsiccare contendant, atque artium litterarumque luce omni prorsus extincta, ad primaevae sapientiae paupertatem, adversa vi, veluti contra validos iuvenescens doctrinae conatus audacissime luctantes, uberrima Italorum ingenia retro adducant ac redundant. Quae quoniā hominum in potestatem non cedunt, dent ipsi tandem manus victas, neque vim inferant; potius naturae obsequantur, incrementa haec scientiae in humaniorum litterarum auxilium vocantes, uti et optasse et fecisse scimus universos fere nostrorum studiorum pa-

tres ab illo capite et fonte Alighero. Sed cum in hac doctrinae novitate sectanda, specie boni, multis erroribus pateat aditus, vel ob hominum imperitiam, vel ob opinionum insolentiam, propositum mihi est de nuperis seviorum disciplinarum incrementis breviter disserere; non ita tamen ut singula quaeque recensem (longius enim oratio mea vagaretur), sed praecipua ad physicomrum disciplinam attinentia, quae cum nobis recentissima inventa et vere portentosa ostenderint, vel ruere funditus, vel ad altissimum magnitudinis apicem litterarum studia atque exercitia extollere posse videntur.

Atque in prima oratione commemorata a vobis volo superiorum temporum conditionem, quum ob viarum asperitatem et difficillima loca, nec non longissimo disiunctu spatio, maioribus nostris cum exteris gentibus colloquendi facultas fere omnis erat interclusa. Quo siebat ut eorum excogitata atque inventa ultra patriae fines, exiguo sane, praeterire nequirent, et colloquii communione prohibita hominum ingenia torperent. Huc accedebat librorum provehendorum difficultas, qua ipso Gutenbergiae artis beneficio interdicebantur, cuius ut inventione optima studia revixerunt, ita et occasu in pristinam barbariem sunt reditura. Quae omnia litterarum impedimenta prorsus hodie direpta videtis. Ex quo enim Galvanius inventit, et Volta, homo in physicis fere divinus, subtili acuminis explanavit miro illos electri effectus, tunc instrumentis ingeniouse excogitatis, humanarum rerum facies renovata est atque innutata. Ad hoc vaporaria ferreis limitibus acta (cuius italicici, ne dicam florentini inventi gloriam, uti solent, exterae nationes, iure furum, sibi arrogaverunt) effecere, ut nec spatio locorum ullo, neque temporis obstante intervallo, humanum verbum, divini ad instar verbi, cuius est imago ac tamquam rivi a fonte deductio, montes pervadere, maris aequora penetrare, ac tenuissimo quodam filo inhaerens nationes moribus sitque penitus diversas ac seiunctas, uno eodemque temporis puncto, coniungere posset. Quid multa? si homines ipsi quasi ventorum flamine delati, vi et celeritate quam maxima, longinas terras invisunt, per montium cameratos cuniculos penetrant, ac nullo fluctuum tumultu, nulla belluarum immanitate retenti, incolas ubicumque locorum degentes amplectuntur, et dulcedine communis originis ac naturae recreantur? Quae quanti momenti sint, quod ad litteras attinet, promptum est oculus omnium. Etenim haec occurssiones, haec studia, hi sermones, mirum quantum humanos intellectus excitant, voluntates impellunt, mutuoque amoris vinculo homines devincire valent. Ita fit ut litteratorum coetus, perridiculis aliorum temporum Academiis longe praestantiores, obire possimus; quisque suam in medium sententiam afferat, de dubiis, consilio habito, controversiae dirimantur, universarum gentium mores cogitationesque calleamus, sermonumque diversitates, et vel asperitatem vel dulcedinem iudicio nostro perspicere possimus. Quod si oculorum aciem intendere libeat atque abditas litterarum quaestiones perscrutari, sermonum varietas hominumque colloquium, penitiora ipsa in disciplinis, quae ab exteris praecipue excoluntur, et quasi fundamenta suppeditabunt. Maxima ergo erit utilitatis cuique studioso homini, si tanta rerum inventorumque perfectione sciverit sapienter uti; si uno paene oculorum intuitu quantum varietate distent ac debant dissimilium populorum litterae metietur, qui uti vultu atque ingenio, ita et in rebus exprimendis quam plurimum differunt; si ad multa sermonum genera se dererit, et quum dictionibus quidquid extranei pre se ferunt, retraxerit, sono ac figura res ad patriam formam accommodatas itala veste exornaverit.

Sed ut ex iis, quae generatim locutus dixi, tandem egrediar, atque ad certa et definita nostrarum disciplinarum deveniam, res ipsa monet eloquentiam et poesim partiri, quae duae sunt tamquam facies, diversissimae tamen ac seiunctae, humaniorum litterarum ad rem nostram utrimque considerandae. Atqui si res, si tempus ullum oratoribus facultatem praebuerunt, omnium aetatum felicissimam hanc putabimus, qua ipsa bruta materies adiuvar, et vim ac sermonis magnificentiam reperire a nobis, videtur. Fuit enim, fuit profecto olim tempus

atque illuxerunt beatissimi dies, quum universam fere Graeciam Demosthenes ille, omnium oratorum praeclarissimus, ignito, ut ita dicam, sermone animos inflammabat; quum pericitantem Romanorum rem publicam milibus armatorum agminibus vehementiores Tullii orationes integrum e scelestorum conatibus eripiebant; at, si animum advertatis, maior quidem et longe latior hodiernae oratorum eloquentiae facultas patet. Ecquonam, quae, tempore, tanta celeritate ac frequentia potuerunt homines ex toto terrarum orbe ad audiendum confluere? Quot excitatum stimulis, quoniam laudis amore locuturum putabimus oratorem, praesertim quum sciat, in ipsa recitatione, arte Gutenbergia imprimi et perulgari orationem, suosque sensus electro transmissos, illico ab exteris nationibus audiri? Qua notionum varietate pollebit oratio inter hos tantos mirificosque rerum processus? Quam doctrinae varietatem saepius expetiit Crassus ille, qui finibus paene immensis visus est Ciceroni oratoris facultatem describere, quippe qui omnem omnium rerum atque artium scientiam uno oratoris officio ac nomine comprehendebat. Falso ergo querimur hodie de forensibus, falso de popularibus concionibus, quod arctissimis legum et decretorum vinculis irretiae omnem dicendi copiam oratori praeculat, dummodo praeteriti temporis obliti, sive melius praeterita recentibus annexentes, ex hoc rerum novissimo fonte eloquentiae rivos hauriamus.

Nec eloquentiae solum, sed et poesia; quamquam enim dissimiliter, ea tamen quae de altera diximus, alteri quidem tribuuntur atque haerent. Sed quoniam agitatione et fervore mentis haec maxime excitatur, quare poetae divino dicuntur afflari spiritu, quaenam rerum admiranda spectacula pae his, de quibus loquimur, mechanis inventis, quae vere portenta habita sunt, vim imaginandi effervescentem commovere poterant? Certe si fulgurum celeritatem tonitruumque fragores tot similitudinum opportunitatem graecorum carminum principi illi altissimo Homero praebuerunt; si Pindarus, si Maro currum certamina, equorum concursus, horrendasque fluctuum aestuantur tempestates desribentes, haud poetarum sed pictorum potius nomen meruisse dicti sunt; quales putabimus futuros si colloquii rapiditatem, electri vi, paene infinitam, si vaporiferos currus novissent? Mercurium credo, aligerum deorum nuncium, tridentique Neptunum aequora placantem expunxissem, sive illis longe aliam potestatem tribuissent: divum pater atque hominum rex Iuppiter, iis naturae viribus additis, vere omnipotens visus esset, fatumque ipsum, quo nihil stultus adversum ratione fictum est, nutui suo servire coegisset. Quid plura? nonne animae illae, quae aqua constat (¹), uti nobis inspectantibus fit, uno temporis ictu, arduissimum quodque monstrum illico potuerint efficere? Ad hoc mirabilis Daguerri typus, quo breviter seu magnifica et quantumlibet variata naturae spectacula, sive humani vultus, laminis imprimuntur et exstant: ad hoc recens illud inventum, quo ipsa lux, magistra hominum facta, figuram delineat in chartis. Itaque per exiguo spatio ac tempore, si loca quaevis describere vel narrare contingat, oculis subiecta perspicis, nec ad historicorum narrationes, quae quam saepissime vel ob nimietatem vel defectum a vero recessunt, opus est ut te convertas. Ac quantum graphicis locorum figura ieunii illis historiarum descriptionibus antecellat, cuique patebit; nisi vero si simus, qui pluris putemus rerum narrationi aures, quam rebus ipsis oculos intendere. Quare quum poetica facultas picturae sit, ipsa doctorum sententia, cognata et soror, idem enim principium eundemque profecto finem ob oculos sibi proponit, verborumque colore eosdem motus in animis excitare contendit, certum est, illa arte in faciliorem viam adducta, hanc quoque eodem gradu, eisdem incrementis revicturam, eosdemque processus utrique profuturos.

Sed ne longius in his quaestionibus immoremur, quae tantummodo ad exteriorem ornatum spectant, tamquam e vestibulo penetralia ipsa ingrediamur, abditam penitus argumenti partem tractandam suscipientes. Hic vero operae pretium est attente perpendere quatenus mechanica

(1) Vulgo gas idrogeno et ossigeno.

inventa nostra litterarum omnium antiquissimas leges, poeticesque praeexistim, immutent et quasi renovant a fundamentis. Namq[ue] a vetustissima aetate, tragicorum fere omnium et comicorum poetarum in more fuit, illas aristotelicas leges de spatiis ac temporis unitate sanctissime servare, ut si ullus auctor vell minime ab eis recessisset, hunc quasi contra litterarum rem publicam perduelle, consuetudinumque violatorem praedicarent, omnique poetarum coetu expellerent. Atque eo furoris processerunt phrenetici istius unitatis sectatores, ut hostili opinione adverso campo starent, et duobus tamquam factionum vexillis elatis, litterarum res publica, cuius nisi pacificis viris ante patebat aditus, conturbata tumultu esset atque divisa, quum alteri ad servandam, alteri ad expungendam hanc, de qua diximus, unitatem disiuncti laborarent. Quorum partes temporibus hisce nostris defendendas suscepserunt quaedam scriptorum genera, qui latine *Classici* atque obscuro vocabulo *Romantici* appellati sunt, veterique controversia utrumque renovata, iniuriosis sibi nominibus contumeliisque ad invicem impositis, vera quidem multa, falsa autem quamplurima effuentes, specie litterariori decoris, ad litterarum dedecus re vera certabant. At sileant hodie tandem disputationes, vestrae sileant controversiae, quotquot estis studiorum cultores, paratusque tandem mutuis iniuriis, quae nunquam in affectos, semper autem in afficiens turpissime redundant: non vestro enim sed alieno studio ac labore, tot annorum agitatae lites direptae solutaque conquiescant. Quoniam si loci unitatem defendistis eo quod verisimile non esset, immo rationi adversum ex loco in locum, dum res vel tragica vel comica gereretur, transferri; si de temporis unitate vehementissime disseruistis, hoc innixi potissimum argumento, non posse spectatorum mentes ad res credendas adduci, quae trium vel quatuor horarum tractu, a tragediis aut comoediis actae, vix plurimum annorum tempore, vere perfici potuerint; controversia paene tota hodie evanescit. Vaporiferi enim currus, ars ad absentes electro verba transcribendi, in spatium ac tempus dominantur: iis fulti criminati autores antiquitatis studiosorum calumnias plerasque refutabunt. Quoties ipsis criminibus obvenerit, ut ferreis axibus invecti uno eodemque die multas inviserent urbes, et multis variisque, neque ibide[m], gestis rebus spectatari adessent? quid ergo mirum videatur si in fabulis accidenterint quae, nobis inspectantibus, quotidie in vita usuveniunt? quid non solum non adversum, immo magis consentaneum rationi quam permulta res ac variatae nunc brevissimo tempore fiant, quae anteactis aetatis longo annorum orbe geri vix potuerint? Quapropter absentia querelis ii scriptorum criminatores, et quoniam naturae processus in hac nostra questione appellant, his physicorum misericordis incrementis, natura duce, obsequantur.

Neque vero, auditores, haec ita accipi a vobis velim, ut nulla animadversione, nova nunc et quacumque futura exoriantur, persusam mihi sit, ad litterarum studia inconsolito esse transducenda: tum vero eloquentiae ac poetices disciplinae funditus delerentur. Nam cum extraeconomum hominum occursus et colloquia, de quibus supra mentionem habui, magnam utilitatem, tum etiam italicis litteris maius possent afferre detrimentum. Quod certe foret si in alienis linguis operam poneretis, patrio nondum latinoque sermone plenissime percepto; si in exteris litteris immoraremini ante quam nostras penitus novissemis; si denique eloquentiae ac poetices faciem formamque nativam immutantes vel imaginibus vel metaphoris, quae a nostris auribus atque more nimium abhorrent, illas in scenam prodire cogeretis. Hoc itaque animis mentibusque mandate: vetera non destruenda, et nova tamen exaedificanda; veteribus tamquam fundamento adhibitis, recentia ex illis evocate, physicos illos inventores secuti, qui non aquae vaporem, non electrea corpora excogitasse se iactitant, namque ab orbe condito fuerunt; sed quia illas simul cum natura concreatas vires ad novos usus advocarunt, gloria maxima, nec immerito, clari facti sunt.

Atque in iisdem novitatibus adhibendis stultissimum erit, nullo servato modo, limites excedere, quos rerum

natura et rati
poris spatiq
bertatem co
locum frequ
et res integr
sentent: quo
more demen
memoria es
gere, neque
verba haec
tinus sermo,
bus nostris t
paene univer
suppedavit;
per terrarum
clarissimi, cu
excultus, uti
lam linguam
vehementissi
vorum opprob
vitam degere
grammaticor
atque eius ele
lumina diurna
deat! Haec un
patriaeque co
bus omnium fo
morum parent
tacita loquitur
in sacro poem
ctus, latinae e
nunc Petrarca
poetarum laur
vit? ubi tot or
invividendi viri,
remotissimos n
ingenia consen
studiis despici

Quos ego p
sentans, oration
iterum, audienc
disciplinarum o
nardi, omnimo
ipsis effigies in
tatis ac studior
creditur, vos o
quantulum id c
stantius, tum ni
atque sordida
omnibus in ter
deamini, et qua
bonis initii m
enim potissimum
quo estis, incun
et reipublicae e

DE DISC

INDIGOR le
temporis qu
aliter ac si Ro
perium totius o
non virorum c
torumque oyile
rarum haberet
rantur? Nempe
mentes sanctissi
rant ut singula
incrementum,
rima constituer
rant, quod quid
est, ut occurrat

natura et ratio ipsa demonstrat. Quare quod ego de temporis spatique unitate locutus maiorem quam antea libertatem concessi, non ita licenter accipiat, ut e loco in locum frequentius tragedi vel comoedi transducantur, et res integro saeculo peragendas, paucis horis si representent: quod vero esset mentem consulto abilicere, et more dementium perfurere. Idcirco saepissime repetenda memoria est Horatiana illa sententia: « Altum non urgere, neque litus iniquum nimium premere ». O utinam verba haec mea nunquam vestra mente excedant! ac latinus sermo, sacra adhuc vetustate insignis, qui maioribus nostris tot sapientiae receptacula reclusit, qui litteris paene universis italicisque praesertim, voces sensusque suppeditavit; qui mores, qui iura, qui religiones populi per terrarum orbem supra ceteros fama gestisque rebus clarissimi, custodit evulgatque, summo amore a vobis excultus, uti vestrum est, addiscatur! O utinam vernacularum linguam nostram, pae cunctis dulcissimam, una ac vehementissimam, servitute temporum maiores, ad ignavorum opprobrium, quos veluti pecora ventri obedientia vitam degere oblectat, non solum ad perdiscendam more grammaticorum allaboretis, sed insuper in venustate stili atque eius elegancia perscrutanda, altissima maiorum volumina diurna nocturnaque manu versare vos non tae-deat! Haec una tantum ratio superest litteris prospiciendi, patriaeque consulendi, quae clarissimis viduata viris, quibus omnium fere gentium magistra ferebat, nobis maximorum parentum immerito nepotibus, haec quodammodo tacita loquitur: Ubi nunc Aligherius, litterarum princeps, in sacro poemate multis annis perficiendo macie confectus, latinae eloquentiae poeticesque perstudiosus? ubi nunc Petrarca meus ille, inquam, ille qui gloriosissima poetarum lauro redimitus ad me amplexandam remeavit? ubi tot omni scientiae laude apud exteras nationes invidendi viri, quorum laboribus ad populos ab Europa remotissimos mea fama peragravit? anne virilia Italorum ingenia consenserunt? seu potius nobilibus quibusque studiis despctis, corporis imperio, animi servitio utuntur?

Quos ego patriae questus memoriae vestrae representans, orationi meae finem, auditores, imponam, atque iterum, audientibus magistris, hac in aula sanctissima disciplinarum omnium domicilio, ubi vos Galilaei et Leonardi, omnimoda sapientiae restitutorum, et parietibus ipsis effigies intuentur; ubi etiam Calasantii nostri, pietatis ac studiorum patroni, caelestis ille spiritus adesse creditur, vos orabo obtestaborque ne vestrum ingenium, quantum id cumque sit, humano quolibet munere praestantius, tum nimio rerum novarum studio, tum incultu atque socordia perditum eatis: ne tanta gloriae, quae omnibus in terris iam versatur, ignavissimi haeredes videamini, et quam concitatis parentum expectatio ex bonis initis malos eventus habeat. Quamobrem (utar enim potissimum Tullii adhortatione) in id studium, in quo estis, incumbite, ut vobis honori et amicis utilitati, et reipublicae emolumento esse possitis.

Ex scriptis MAURI RICCI.

DE DISCIPLINIS PUESTRIS TRADITIS APUD ROMANOS

INDIGNOR legens apud plerosque Romani initia temporis quavis penitus institutione caruisse, haud aliter ac si Romuli urbs, quae ab ipsis exordiis imperium totius orbis aperte affectabat, non hominum, non virorum conventus, sed quasi pecudum armentorumque ovile, nisi potius intractabilium cubile ferarum haberetur. At haec quanam de urbe narrantur? Nempe de ea, in qua providae rectorum mentes sanctissimis prudentissimisque legibus caverant ut singula conspirarent in civitatis iubar et incrementum, collegia religionibus addicta quamplurima constituerant, ac delicatissimum iussum dedebant, quod quidem egregiae urbanitatis argumentum est, ut occursanti romanae feminae vir dexterum

viae cederet latus. Et quoniam in tempore? Nempe in eo de quo Tullius scribit: « Inveteratis iam litteris et disciplinis Romuli aetatem venisse scimus ». Et quoniam in regione? Scilicet in ea, quae Sabinos, quae Etruscos finitos habebat, unde pontifices, augures, salios, ceteraque sacerdotia, annum in duodecim menses distributum, fastos nefastosque dies hausit, fasces, trabeas, curules, annulos, phaleras, paludamenta, praetextas, pictasque togas, tunicasque palmatas, omnia denique decora et insignia, quibus imperii dignitas emineret. Numquid Urbis ipsius aedificia, curiam, Capitolinam arcem, templaque Statoris Iovis, ceterorumque deorum, et illud, quod adhuc durat, maxima cloacae portentum rudes facere potuissent homines atque imperiti? Quid ea quibus Roma ingens domi militiaeque facta quotannis, quotidie crevit?

Haec non verborum testimonia sunt, sed testimonia factorum, quibus necessum est supponere causas pares effectibus, causas quibus populus laterex sua domi iura tuebatur, cum extra amicis populis suppeditaret subsidium, inimicis vel proditoribus bellum intra ius fasque inferebat, nec ad internacionem, nisi lacesitus ad ultima usque, saeviebat. Quinimo scimus divitibus patricisque Romanis in more fuisse liberos in Etruriam dimittere, ut optimis disciplinis imbuerentur; magna enim saientiae laus et fama Etruscis fuit.

At quenam initio pueros disciplina docebat? Quenam adolescentulos ad graviora evehebat? Quo reacto stadio, satis erudit habebantur?

Ut hisce respondeamus, tres, ut ita dicam, divisiones aetatis imbuendae distinguere et enucleare debemus, quae tamen ita temperandae sunt, ut in idioli Romanorum apprime convenient, ac temporis. Iamque hic ponimus in ipso limine maximi fuisse apud eos robur corporis, ideoque ubi adolescentulis ea esset aetas, qua vires exercere in Campo Martio et palaestra potuissent, tantum studiis dabatur, quantum viribus non officeret exercendis, ac tantum dabantur exserendis augendisque viribus, quantum studiis disciplinique, quibus erudiendi essent, non noceret (1). Haec autem studia, supervacaneis quibuslibet amandatis, dividebantur in ea quae bonum patremfamilias, quae callidum ducem terra marique decerent, quae oratori denique praesto essent sive in curia, sive coram iudicibus, sive coram militibus, sive coram populo aliquid ageret. Communem autem hisce arithmeticam scientiam colebant. Publici vero ludi, publicae scholae, in quas pueri confluenter, ut mos nunc est, Romae exstisset non videntur, aut si exstiterint, certa ad nos nondum notitia per-venit. Dixi: nondum; quia sive lapis, sive opus inscriptum emicare potest quo minus tempore remur, et audaciam superbae affirmationis evertere. Hoc unum scimus; singulos patremfamilias de liberis instituendis curare, sive singuli singulis praeceptriores darentur, sive praecptori plures, qui collata stipe re-penderent (2). Studia vero, quibus alebantur primum, circa legendi scribendique artes versabantur, et, si C. Nepoti credimus, non mediocriter incumbebant, ut eleganter pronuntiarentur ea, quae dicebantur latine. Cuius quidem rei testis est in tertio *De ora-*

tore Cicero, qui monet quo delicato sensu latinitatis et enunciationis Romani uterentur, ita ut quodcumque aut asperum, aut hiulcum, aut patulum, aut hians, aut blaesum, aut peregrinum, aut rusticum, aut horridulum aegre in oratoribus ferrent, passim autem in sermone domestico repudiarent.

Profecto ab initio nihil de graeca lingua actum est, sed in latinam tantummodo incumbebant, fortasse et in affinem etruscam; tum primum de graeca coeptum est, ubi Graecae coloniae sive e Sicilia, sive e Lucania in Romanam rempublicam negotiis, finibus, contentionibusque inciderunt. Atque exhinc illa grammaticorum sequentium quaestio utrum institutio puerorum a latino potius vel a graeco sermone inchoaretur. Posthaec, pone tamen, arithmeticam disciplina sequebatur, quae, meo iudicio, non nihil difficultatis praefere solebat, non suapte, sed notarum causa. Quod enim nunc, dispositis ad modum columnulae notis, facilime habemus, qui proprio in ordine monadas, decadas, ecatontadas, millia, et miriadas habemus, aegre, immo nullo negotio possemus summam conficere, si modum eundem romanis characteribus sequeremur. Et si haec in addendo, quid in deducendo, quid in multiplicando, quid in dividendo? Horatius noster, etsi festivus et facetus, ut semper, asperam tamen huiusmodi numerationis et computi semitam confitetur (1).

At difficultatem difficultatibus addebat ratio ipsa numerorum duplex; nam, dum romani numeri per notas X. C. M. graduntur, pecunia, libra, mensura per duodecim gradiebantur, ita ut, pessumdato et subverso penitus ordine, in numeris XII. XXIV. XXXVI. XLVIII. LX ... CXX ... CXLIV capita computandi haberentur (2).

Utebantur ad computum insuper quibusdam cantionibus, in quibus formulae multiplicationis, deductionis et divisionis continebantur. Has pueri in scholis memoriae mandabant, ut rem familiarem vel publicam, mercaturam aut huiusmodi negotia administrantibus praesto essent. Utebantur tabula pythagorea, prouti nostri, et praeterea modum summae ac multiplicationis per digitos enunciandum habebant, qui adhuc, praesertim apud villicos in quibusdam Italiae regionibus, in more est, et certo praefixo numero decadum dextra brachio, monadum sinistro, levi negotio, eodemque brevi, vel obscuriora ostendebant, ita ut senior Plinius memoriae tradiderit hunc ritum a sculptoribus romanis adhibitum in statuis dolandis, quippe viri, qui simulacro repre-sentabantur, digitis correctis aetatem dicerent suam.

Quum autem omnia non reipublicae instituto, sed arbitrio docentium administrarentur in disciplinis hisce tradendis, patet nullos esse libros communes et exemplares, quibus conformarentur singuli, sed omnia ad praceptorum voluntatem libitumque confici.

Haec dixisse sufficiat de prima puerorum institutione, namque ultra progredi res hactenus nota non sinunt.

G. P.

(1) *De arte poetica*, v. 325 et seq.

(2) Cfr. scriptum IULII MARTHA in gallico commentario, cui tit. *Revue des cours et conférences*, die xxv apr. huius anni, resumptum in *Minerva*, vol. XXI, n. 22.

Hem ista est virtus, quando usus est, qui malum Fert fortiter.

PLAUT. ASIN.

Qui se ultro morti offerant facilius invenies, quam qui dolorum patienter ferant.

CAES. *De bell. Gall.*, 7.

(1) *Romanis soleme viris opus, utile famae, Vitaque et membris; praesertim cum valeas et Vel cursu superare canem, vel viribus aprum Possis.*
(HORAT. Epist. lib. I, 18). — Quae fusius enumerat vers. seq.; Cfr. etiam Sat. lib. I, v. 25-26.
(2) Pulcre rem expedit HORATIUS idem in Sat. lib. I, 6, vv. 71-78.

PAR VIATORUM

De vita humana meditatio.

Montana serpit semita, floribus
Adspersa raris, tristibus aspera
Plerumque dumis, cuius oram
Radit utrinque minax vorago.

Hac densa transit turba; sed obvium
Speculae praestat Par gradientium,

Aetate, vultu moribusque,
Multiplici ratione, dispar.

Alter viator, viribus integer,
Montis cacumen fervidus appetit,
Spinis nec evictus cruentis;

Nec barathro pavefactus atro.

Sudans, laboret scandere culmina,
Quae sperat auro fulgida, gaudiis
Iucunda lectis, ac sonora

Laudibus impavido tributis.

It fronte recta, poplite ferreo;
Alisque binis, dum subit ardua,
Ferri videtur: tanta pectus,

Tanta pedes stimulat cupidus!

Horas volucres urget ut avolent
Velociores, et sibi protinus

Metam senescenti recludent,

Quae requiem tribuat beatam.

Acri iuventa raptus, in horridam
Procurrit eheu! saepe voraginem,
Cum flosculos tentat, protervus,

Carpare, quos tetigisse mors est.

Viator alter, vertice lubrico
Iam iam potitus, vanaque praemia
Expertus una tot laborum,

Sollicitus, petlit ima montis.

It iam senili pressus anhelitu,
Cervice flexa, nixus arundine;
Nec tutus a casu, frequentes

Per tribulos salebrasque callis.

Lapsus, relapsus surgere nititur,
Ipsoque nisu longius, ocius
Devexa, pronus, per rubeta

Praecipitat, prope iam cadaver.

Captare vellet, languidus, otia,
Visamque metam tardius assequi;
At dira segnem vis adurget,

Voxque minans iubet ire porro.

Sic ille tendit montis ad infimam,
Exsanguis, oram, quam premit undique
Circumfluens Aeternitatis

Oceanus, sine fine vastus,

Anepsque fluctu: qui vel inebriat
Recti sequaces nectare caelum,
Vel mergit a recto vagatos

Tramite sulphureas sub undas.


O prima quisquis sive decennia,
Seu fata tangens ultima, semitam
Aetatis humanae pererrans,

Qua moriere semel remensa:

Aeterna, cautus, propisce saecula,
Nec fluxa te res ulla perennibus
Devertat a curis: supremo

Vive, senex iuvenisque, Fini.

FRANC. X. REUSS.



Monongahela fluminis prospectus ad urbem Pittsburg.

EX AMERICIS

De urbe Pittsburgensi.

EUROPAE, qui has in terras vel mirandi, vel lucrandi causa devenerunt, ad nova negotia et commercia atque ad industriam solis Americanis propriam, magnopere stupent. Quippe perspectum habent, heic terrarum humanam industriam, antiquis moribus et consuetudinibus abolitis, fastigia adhuc ignota vere ascindisse. Namque Americanorum erat ea arcere, qua Europae ruinae fuere atque excidio. Multa tamen et Americanis operibus sensim surrepserunt, quae emendare aliquando praestabit. Inter alia, quae Europae contraria sunt, haud dubie id est, quod permulti in Europa sunt vici, sed paucae urbes. Quod tamen multas Europae regiones reddit amoenas; quid enim visum magis demulceat, quam planitiem et montana loca magno labore culta et nitidis oppidulis hic illuc ornata iterum tertiumque conspicere? Heic vero vici quidem perpauci sed permulta urbes, quum omnia artis opera, immo ea, quae natura gignit, in urbes afferantur, ubi immensa peraguntur commercia. Ad talem tantamque igitur urbem, eamque Pittsburgensem, vos, humanissimi lectores, deducere iuvat.

Iam quidem in republica Pennsylvania versamur, sed ad eam, quae magis ad occidentem eius reipublicae vergit partem, pedes referamus; urbs demum in conspectum venit et, ascenso monte Washingtonio, Pittsburgum unidine despiceret libet. Videtisne urbem esse sitam duo inter flumina, quae, Monongahela et Allegheny appellata, illuc ad occidentem versus simul confluent, et aliud flumen Ohio nominatum efficiunt? Urbs ergo, uti animadvertis, duo inter flumina se ad confluentem illum exten-dit, ingentibus aedificiis eminentibus.

Sed ad flumen Monongahela, quod sub nobis est, converte oculos. Quae navigia in fluvio, ea ubi abunde divitiarum olim attulere; sed etiam nunc urbi magni utilitatis sunt; utpote quae innumeratas carbonis expletas secundum vel adversus flumina propellentes, variis Americae provinciis carbones facili negotio inferunt. Plurimae enim rates longa serie coniunctae a navi vapore acta, quae pone est, leniter aguntur. Hoc quantum utilitatis sit, eo constat, quod terra Pennsylvaniana carbonis uberrima dittissimas carbonum possidet fodinas. Porro iuxta flumina moletrinae ferrariae aliaeque ingentes existant officinae, in quibus ferrum et chalybs et vitrum et cuprum fabricantur. Quae permagna opera quidam vir, A. Carnegie, natione Scotus, qui et « rex ferrarius » nuncupatur, et possidet et moderatur; ex quibus incredibilis capit fructus. Nuper enim ei annus fuit quaestus 40 000 000 argenteorum (i. e. dollars). Re quidem vera si septem milliaria iuxta flumen Monongahela proficisci min, nil vobis in conspectu est praeter altos undique caminos et atras officinas et ignes adeo fulgentes, ut oculi perstringantur; atque vitam tam operosam, ut vobis procul dubio admirationi sit. Haec itaque, uti patet, maxima urbis industria, eoque et urbs nonnunquam « ferraria » appellatur.

Sed ad ipsam prospiciatis urbem. En! altissima illa, quae in caelum minantur, aedificia vos tenent attentes;

quae quemadmodum exstruantur, iam in *Voce Urbis* (n. V et XII, anno II) perlegistis. Ad hoc urbs atris fumi nebulis hic illuc tegitur, uti vobis appareat, namque per nimium fumi, qui ex tot tantisque effugit caminis, vere efficit, ut operosa urbis pars fumo perfusa magis magisque in dies atrior evadat et amoena aedificia fuligine - horribile visu - foedantur; quapropter urbs nonnunquam et « fumosa » dicitur.

Iam vero citra flumen Allegheny intuemini, ubi altera eaque amoena urbs Allegheny, variis pulchellis viridiariis ornata, sita est; haec urbs quidem antiquior, sed Pittsburgo minor est, et haud dubie futurum est, ut Pittsburgo coniungatur.

Quibus rebus satis consideratis, montem descendere urbemque ipsam ingredi praestat. Urbanus strepitus atque tumultus iam aures percussent. Qui insatiabili auri desiderio tabescunt, eos neque labor, neque aestus, neque frigus retardant, quominus totam per diem sine intermissione, sicuti mures in matellis, satagant; agite dum! praeterentes adspicite, quam perniciter se rapiant, quam inquieti huc illuc festinent, quam cito vehiculis electride actis iam moventibus audaces insilient et desilient...

Ab hac operosa urbis parte ad magis quietum vicum, ad orientem spectantem et East End nominatum, nos conferamus. Huic pecuniosorum vico singularis est amoena-tas; viæ enim tritiae firmeque exstructae, domicilia venustissima, quorum unicuique a fronte pulchella porticus et iucundissima area viridis, magna cum cura in dies culta et arbustis floribusque decorata, ubi Americani, sole veris aestatisque occidente, animum recreare et intermittere in deliciis habent. Praeterea adest et gratissimum Schenley viridarium, quod omnia, quae civibus voluptati sunt atque commodo, satis praestat. Decus vero huius paradisi est Carnegie aedificium, in quo omnium rerum museum et bibliotheca civibus praebentur. Carnegie, ferrarius ille rex, urbi hoc donavit aedificium, simileque et urbi Alleghenensi (1) dedit. Porro in alia urbis parte viridarium simulque et vivarium « Highland » urbi decori est atque ornamento. Itaque patet Americanis inesse pulcherrima construere viridaria eisque urbes in dies amoeniores redere.

Quae denique urbis historia? Haec circa Pittsburgum loca Galli primum occupavere eaque castello Duquesne muniverunt, quo Anglos iterum tertiumque invadentes, securius, arcerent. Attamen bello, anno 1755-1758 saeviente, Angli, castello expugnato et Gallis profligatis, novum castellum Pitt nomine exstruxerent, ex quo nomen Pittsburg ad nos usque pervenit. Quo bello ad finem perducto, aedificia, domicilia demum aedificantur et iam anno 1814 urbs declarata est. Quum tamen immane incendium totam fere urbem anno 1845 devorasset, industriae cives alteram brevi mora instauraverunt. Quum commercium tam navigando quam viis ferreis perageretur, urbs eam, quam nunc habet, amplitudinem annis labentibus adepta est. 250 millia incolarum in urbe Pittsburgensi et 150 millia incolarum in urbe Alleghenensi inha-

(1) Vide picturam, quae monstrat fontem salientem ante amoenum aedificium, quod Allegheny situm est.

biant. Neque id catholicae religio scopi templum, minet.

Valete atque

Ser. Chicago

1868

SAC

Sol in servit

Quis nost Syracus thematici celeb- praevaluisse? T naves, ut invic veam - mirabil tulisse, et repe submersisse, i quantes confec constituisse in gregati solares inextinguibilia

Fortasse le vetustissimis, cloni effondentes emicuisse, et a scitissimos inv lumen quoddam perpetuo lucere in sepulcris una

Nos viri do sine oxygenio renovando et enerariis capsis perpetuum hodie licis haec omnimento confirm

Sed opinio terna vita merum ignorantia lento quidem, triumphaliter ipatum reducit

Tantus a se netarum suorum provocandae e


gulis, qui extr

dius, qui octo m

lom. praeterit

menta 240, ne

netas illos - N



bitant. Neque id praeterire licet, quod 57 eaque superba catholicae religionis tempora Pittsburgh exstant, quibus episcopi templum, admirandum architecturae opus, suprēminet.

Valete atque etiam valete.

Ser. Chicagine, kal. Maii mcmi.

H. DOSWALD.

SAPIENTUM INVENTA

Sol in servitatem redactus - Vita in metallis.

Quis nostrum non legit apud historicos, in Syracusis tuendis, Archimedis physici et mathematici celeberrimi operam magni fuisse, et armis praevaluisse? Traditur enim ipse naves romanæ dico naves, ut invidiam nominis, triremes scribens, amo veam - mirabili machina, oppugnantes uncasse, extulisse, et repente ex unco dimissas ab alto in mare submersisse, id vel in proximas vel in appropin quantes confecisse; at in eas, quae stetissent longius, constituisse incredibili Pallade speculum, quo congregati solares radii atque in naves reflexi incendia inextinguibilia suscitarent.

Fortasse legimus, certe audivimus, e sepulcris vetustissimis, cum altius in agriculturae labores coloni effodientes incumbenter, repente apertis, lucem emicuisse, et apud villos non modo, sed et apud scitissimos invaluisse opinionem, in usu priscorum lumen quoddam exstisset, quod in sepulcris inclusum perpetuo luceret, quia lucernæ quaedam minusculæ in sepulcris una cum cadavere reperirentur inclusæ.

Nos viri docti, qui scimus Minerva immensa lucem sine oxygenio vigere non posse, atque hoc iugiter renovando et restituendo, oxygenium autem in funerariis capsis brevi ire consumptum, nos, viri docti, perpetuum hoc lumen saepe negavimus, frustra villicis haec omnia testantibus, et vidisse haec se iuramento confirmantibus.

Sed opinionem commenta delet dies, neque aeterna vita mendacio. Experientia tumidam superborum ignorantiam nunc subvertit, et veritatem rerum, lento quidem, sed irrefraenabilis pede gradientem, triumphaliter in dominationem pristinam et principatum reducit. Incipiemus a sole.

Tantus a sole demittitur calor, ut per totum planitarum suorum spatium siderale effusus par sit vitae provocandæ et servandæ et augendæ planetis in singulis, qui extremi adeo ab illo distant, ut solaris radius, qui octo momentis horæ primis 1.48 000 000 chilometrum præterit, quatuor integras horas, id est momenta 240, necessum habeat, ut ad extremos planetas illos - Neptunum - perveniat. Hinc docti viri

de thesaurizando et in usum hominum adhibendo calore illo saepe tentamina suscipienda, atque iteranda, inter se collatis viribus experimentisque, censuerunt. Memini in Magallotti orationibus me legisse, illum XVIII saeculo constitutis experimentis istorio a se extracto speculo adamanti rebellem quibusvis ignibus non modo combussisse, sed ita combussisse, ut penitus evanesceret in liquido quoddam aetherium et elementare restitutum et resolutum. Tesla ille Americanus physicus iam abhinc annos duos nunciaverat se invenisse machinam, qua solis calor colligetur et veheretur in ahenum, in vas quolibet, atque ita violentus et praeceps, ut... Sed ecce intercidit vox Wⁱ Calver, Americani e Washington; haec autem non nunciis verbis, sed ipsa machina exhibita ostendit, maximum nunc calorem, qui electride sagittante 6000 gradus aequat, a solari calore, quo ipse uti potest, longe esse superatum; ipse enim vigintiquatuor graduum millia potest attingere; ideoque præ illo est uti 24: 6. Decem autem aut duodecim millia gradus præ manibus quotidie sunt, tamquam quotidiana res et communis. Hac inventione fit, ut quicquid nunc per carbonem fossilem ignemque peragitur, gravi impendio, minimo et fere nullo impendio per *panarium* (hoc autem voluit nomine machinam suam nuncupare) patrentur.

Quod quidem quanti sit quis existimet? In de scriptis enim regionibus maxima vis habebitur, et quae Africae atque Asiae et Americae solitudines nunc aequatoriali calore steriles habentur, mox vivificae ex copia ingenti huius vis habebuntur. Quid vero de adempto vectigali, quod pendunt regiones fossilis carbonis egentes regionibus illo abundantibus?

Iuvat rem proprius aspicere. In viri officina mille et sexcenta sunt specula, quae, proprios distributa per gradus, a pluteis emicant; singuli autem plutei non euodem numerum speculorum habent; maximus enim speculis octingentis ac decem utitur; minimus duodetriginta. Unumquodque speculum intra decem et quindecim caloris thermometrici gradus coacerat, iuxta angulum quo contra solem est, iuxta lucem perspicuam, iuxta caeli temporisque conditio nem. Omnibus una conspirantibus, habetur, ut notavi, calor qui 24 000 graduum millia aequat. Specula autem haec simul omnia convergunt in centrum, quod focum dicimus, in vasculum quoddam metallicum, ad unguem et splendorem limatum, politum, refulgens, simile catino, pelvi, vel pollubro, sed ampliori. Hic autem est summa operis et inventionis. Calor hic immanis non modo congregatur, sed concluditur et asservatur opportunitynis thecis, quibus a Libycis desertis sole aestuantibus in gelidas polarum plagas facile trans feratur inclusus, eoque usuri fruan tur iuxta necessitatem, plus minusve haurientes, uti voluerint. Nihil conservationi huius caloris tempus, nihil iter obicit, nihil officit. Principium vero, quo servatur calor, est caput rei, quod auctor et inventor fert ita obvium cuique esse intellectu, ita facile factu, ut semel probatum, quam-



Viridarium et Carnegie museum ac bibliotheca, Allegheny.

vis lege impedirentur imitatores, nullo tamen negotio posset impediri quominus quisque sibi quavis hora diei domi faceret, quod præ manibus habet. Quid autem facilis haustu caloris? In dolio, in amphora, in vegete, in cacabo clauditur. Quoties opus sit, ad instar vini phialas, ampullas, cyathos calore illo complebis, uteris, atque etiam abuteris.

Opportunitus hic videretur locus ad experimenta enarranda, quibus nunc in urbe Washington, in via cui nomen: North Capitol Street, apud officinam Claver ingentem ac mirabilem, incredibilia, quae hactenus exposuimus, coram ostenduntur; sed spatio cogimur, et promissis tenemur de metallis novis dicturi, iisque vita quadam, sit venia verbo, fruentibus.

Eruditæ coniuges Currie, Galli genere, nuperrimis hisce temporibus tria nova metalla invenerunt, quæ nomina: *polonium*, *radium*, *actinium* fecerunt. Vita propria iis inest, qua non ut animalia vivant, moveantur et vegetent, sed qua sit quaedam intima vis et virtus, qua lucem potentissimam suis, ut ita dicam, praecordiis exserant veluti perpetuum actum naturae suae consentaneum, quo non inopes fiant emissio, sicuti animantia actum exserunt sibi proprium. Vita autem huiusmodi novo nomine *radio-activitas*, prout inventoriis placuit, designatur. Immo compertum est, actionem illam luminis, quam Becquerel physicus anno 1896 in salibus *Uranii* Parisiis perspexit et ostendit, ideo in iis haberí, quia aliiquid *actini* suapte natura continent; actionem autem *actini* ita supereminere, ut proportio habeatur integra in formula: *sal Uranii = 1; actinium = 100 000*. Irradiatio trium metallorum, quae nominavimus, quam sponte erumpat ex eorum natura, nihil commune habet cum phosphorescentia corporum; corpora enim phosphorescentia lucem reddunt, quam absorberunt; ubi autem integrum reddiderint absorptum, nihil aliud reddunt, et opaca flunt; *actinium* autem, *polonium* et *radium* lucem ex se generant, et ideo nec minuant unquam, nec amittunt. Ex his autem sponte, una cum luce, erumpit electrides; photographicas lamnas haec percellunt, immutant; opaca corpora pervadunt; physiologicum quid exercent super animalibus; et vi, quam *inductionis* vocant, qualitates communicant corporibus, quibuscum morantur. Quæ prima ex hisce metallis collecta sunt, e fodinis *Uranii* apud Ioachimthal in Bohemia devenerunt, hac tamen lege ut ex chilogramm. mille vix decigramma *radii* conficiatur. Quo factum est ut grammum *radii* libellas 50 000 pretio aequet.

At initia cuiusvis rei aspera semper. Nil impedit quominus, et iure, speremus faciliori inde opere et labore futurum, ut metallis hisce potiamur. Ho-



Pittsburg in urbe via.

rum enim opportunitas in vita maxima est tum ad ornatum, tum ad necessitates. Ecquid enim est adamus, si huius metalli splendoribus comparetur? Quid pulerius, quid optabilius, quid opportunius homini quam annulum digito gerere, in quo, loco gemmae, inter duas crystallos includatur exiguum coruscantis huius metalli folium eorum instar, quos Martialis «nimbus vitreos» appellat? Quid splendidius vitrea ampullula huius metalli folio intus obtecta? Neque dico quod nesciam, vel quod facta non comprobant. Nam Becquerellius, experimentis dicta inventaque sua confirmans, coram dicturus decigramma *radii* in metallico tubo conclusum, idque in subalari pera, gerebat; ac tamen ita fulgebat, ut lux illa in laquearium frangeretur, et ex carcere metallico, ex vestibus dicentis erumperet victrix.

In exordio sumus, sumus in limine, immo ad limina, nec quisquam certo noscere poterit, quae hisce procedens ex liminibus decennium dabit. Quid si sol nihil sit praeter molem *radii*? Ubinam inde timor, quo lux illius possit extingui? Cognitum quippe est in centimetri quadrati superficie mille annis vix miligramma deficere. Quinimo doctus vir Besson coram mathematicis et architectis Parisiensibus sermonem solemnum habuit nuperrime, in quo de hisce tribus metallis et sapienter et feliciter disputavit, atque inter cetera dixit constare sibi quavis irradiatione, etsi diurna, nec atomo, nec hilo quidem metalla haec luce posse, et pondere minui.

Quid autem inde medicina hauriet, quae ex elecride, ex metallis galvanico ritu coniunctis tanta ac tot eruit morbis remedia?

M. LANI.

DE CLASIO POETA

FALSUM prorsus scribendi genus atque ingratum mentibus absonumque ab hominum natura, veritatis maxime avida, fabula facile videtur. Contra vero placuit passim non tam infantilis, sed et mulieribus virisque, habuitque suos quaeque aetas auctores, qui commenticia hac loquendi simulatione aut mores malos emendarent, aut insimularent peccantes.

Quare fuit Graecis carissimus Aesopus, eiusque materiam reddidit Latinis Phoedrus versibus senariis; Italis denique, veterum artium fervidis asseclis, non defuerunt pariter praecleari fabularum auctores, quos plerumque XVIII saeculum aluit, atque honore donavit: Pignottius, Bertola, Passeronius Gherardusque de Rubeis notissimi. Eos inter atque eximius etiam inter pares floruit Aloysius Flaccus, a. MDCLIV in Arni fluminis valle natus, quem postea academicus Clasius nomine distinxerat.

Is enim in sua arte, etsi Laurentii Pignotti dicensi venustatem assequutus forte non fuerit, hunc tamen quovis in scripto perspicuitate, et sermonis diligentia, et simplicitate quoque longe anteverit. Ceterum id praeceteris in laudem eius operis apud aequales cessit et apud posteros habetur, nihil unquam neque in lyricis carminibus neque in fabellis illum effinxisse aut descriptisse quod castigatissimum undique non esset, eaque aetate id servasse, qua socii vel aemuli longe alia ratione in suis condendis versibus sese geregant. Quam licentiae notam male retinuit praeceteris Casti ille, de quo iure dictum est nihil scriptori tam parum convenisse, quam non men sorte datum.

Clasius contra nostrum vere Castum omnes laudarunt, idque emicuit praesertim ex iis quoque

poematibus quae, praeter fabellas, eum in tantam famam extulerunt. Recensentur enim eius inter laudissima scripta, quae sive Musarum ad numeros condidit, sive soluta eloquentiae forma, et peculiare quoddam Apollinis flamen praesetulerunt, carmina quadraginta brevia quidem similique versuum circuitu omnia exarata, quae auctor *Lusus Pastorales* inscripsit, quos quidem lectoribus nostris ex proximo numero, *appendicis* modo, exhibebimus latino eloquio, prouti recens iterum interpretatus est Ioannes Battanius Volaterranus, doctor et socius noster egregius. Opus enim nobis edendum oblatum renidet adamussim latina elegantia in interpretatione, qua in textu italicico nativo sermone pretiosum est: inde tironibus praesertim saluberrimum pariter atque delectabile et utilissimum fore confidimus.

Nil enim suavius quam simplices pastorales concentus Vergilii ad instar ludentes audire, nil utilius quam sobria latine dicendi elegantia institui, nil deinde salubrissim quam prudentibus poetae monitis firmari passim, quam semper ad metam suis in carminibus condendis Clasius *prae omnibus spectabat*, qui quod in fabellis servaverat, id quaecumque pandaret carmina constanter *prae oculis* habuit utendum quidem divina ingenii vi, non in delectamentum perniciosum, sed in lectorum salutem.

v. u.

ADAMANTUM FULGIDISSIMAE GEMMAE

ADAMAS, carbonii particulae, quas crystalli ad formam terrarum latebrae pariunt, diebus nostris Kimberley praesertim in planicie, hominum avaritiae quavis aetate supremus veluti thesaurus illuxit.

Sed ex ultimo Oriente huiusmodi gemmae pulcherrimae sunt etiam ad nostros advectae, earumque acervi paene fabulosi congesti sunt, quorum desiderio regum nostrorum mercatorumque animi exarserunt. Atqui adamus luculentissima gemmarum proles aestimatur, eiusque sub duro cortice quasi mysterium abditum videtur. Eius nomine utuntur passim poetae, ut lucida quaeque significant, roris guttas, stellarum fulgidas faces, virginum ocellos; eius contra duritie ut firma, ut inconcussa omnia recenseant, amictiam, fidem, pietatem, virtutem.

Cum adamas e terrae lateribus eruitur albo veluti cortice, sed opaco, obtectus apparet, cuius ab indumento hominum manibus expoliendus est. Atqui recentissima memoratur ars, qua adamantes tandem expolire licuit, atque undique per mille facies incidere, quibus lucem remitterent.

Maiores enim illum rudem adhuc atque subsuscum auro quasi ad pretium augendum cingebant. Mox, decimoquinto occidente saeculo, Batavus quidam iuvenis, Aloysius Berquem, cum binas gemmas ad invicem confricatas mirum in modum expoliri animadvertisset, instrumenta et arma ad rem conficit. Tunc Batavos regebat Carolus ille, quem Temerarium aequales dixerunt, Burgundiae dux, bellica virtute et magnificentia notissimus, eratque Brugensi civitati, Aloysii patriae, nordicarum Venetiarum nomen artium et commerciorum copia tributum. Atqui princeps divitiarum maxime cupidus subdit tentamina favit; tradunt immo post pugnam ad Morah, uno praesertim signo necati principis corpus recognitum, adamante nimurum splendido, quem in annulo gestabat. Sancy adamanti nomen fuit, quem et hodie tum figura, tum incisionis callida perfectione septimo loco in adamantum ordine habetur: pretium autem eius decies centenis millibus libellarum faciunt.

Iberorum reges ex Americae litoribus pretiosissimas gemmas quoque exceperunt, tanta copia, ut non gemmarum, sed lapidum in locum eas habere viderentur. Deinde Gallorum reges, Francisci I aetate, divites fieri per adamantes ceperunt, praecepit ob dotem Annae ex Austrorum genere reginæ, quae pulcherrimas has gemmas sibi a suis traditas secum contulit. Fibulas illas, quarum ex historia Dumas commenticiam fabulam exornavit, cui titulus *Ballistarii tres*, reapse Buckingam nobili viro regina donavit. Materni deinde ingenii Ludovicus XIV rex particeps, adamantum callidus aestimator fuit, quorum itaque fulgida luce tum equites tum matronae certatim sese exornare contendunt.

Celeberrimus autem adamus est, quem *Regentem* nuncupant a Ludovico XV emptus heredibus relinquendus. Eum hodie in Louvre aedibus demiramus, gladii capulo defixum, quem Napoleon I imperator, cum solemniter coronaretur, sibi praecinxit.

In torque illo celeberrimo qui *Reginæ torques* vocatus est, a Boehmer aurifice fabrefacto, ut reginæ dono traderetur, adamantes pulcherrimi micabant callidissime expoliti, quorum duo a Napoleone III Eugeniae imperiali uxori, nuptialia dona, traditi sunt. Pondus vero gemmarum tantum erat, ut aegre possent auribus sustineri.

Kook Noor, id est «lucis mons», maximus adamantum hodie recensetur, quem Anglorum regina Victoria habuit, ex thesauris regum de Lahore erexit. Alter pariter, quem *Meridionalem stellam* dixerunt, in Brasilia repertum, Angliae regibus est. *Orloff* sequitur, cuius nomen ab Orloff principe desumptum, qui eum Catharinae, Russorum reginae, vendidit. Principi ballistarius quidam Gallus pretio addixerat, qui gemmam ex idoli cuiusdam oculo in India subripuerat: hodie vero in sceptro Caesarum Russorum infixus fulget. Ultimis hisce annis adamantum gemmas passim minoris quoque ordinis mulieres et viri gestant; nam ex ultima Africae colonia maxima, ut diximus, magna copia advehuntur, neque magnitudine aut pulcritudine indicis aut americanis gemmis quidquam invident.

A. COSTAGGINI.

ARABUM MORES⁽¹⁾

FRAGOR, et clamores, et lituum, tubarumque, tympanorumque sonus, praeterea et officinae dominus, Donnet, me rapuerunt ad limen et extra limen in viam visurum et cognitum quid sibi vellent, quid indicarent rumor et strepitus, tantumque cornuum, tantumque tubarum. Scitis — me iam, monuisse, credo; si minus monuerim, moneo nunc — diem abiisse noctemque adventasse, non tamen ita, ut prorsus omnia tenebrescent. Erat pugna quaedam et error lucis et umbrae. Praebeant quatuor, aut quinque pueri, ardentes faculas non *prae manibus* portantes, sed quibusdam hastis partim affixas, partim ardentes in vasibus aut ferreis, aut cupreis, quae catenulis dependebant. Hi more puerorum vocibus effusis toto pectori nescio quid decantabant. Pone tres homines sequabantur, quorum alter cornu inflabat miserrime crucians aures meas, alter ingentem tympanum pro ventre gestabat, et quasi lymphatus ad tempus, extra tempus, et contra, malleolo ligneo in pelle asinianam (nisi enim talis fuisset, resistere non potuisset furianti), qua tympani superficies tegebatur, rabie quadam actus sine more modo que saeviebat: tertius autem duas aeras patenas quatiebat alteram impingens in alteram, et stridentem tinnitum ita ex hisce exserebat, ut, si comes fuisset Aeneae ad inferos descendenti, totum in fugam vertisset Erebum exterfatum. Huic nulla cura de socio tympanifero, nulla de buc-

(1) Cf. an. IV n. IX.

cinatore cura
ipse pulsaret
quisque sentier
lius se fecisse
hi percussisse
nunc incompt
horridula hian
tium bestiarum
musicae noctu
tempori et in
pam illam esse
riti domiciliu

Regiones
nes, sed tige
huiusmodi ov
cessum erat a
vitati, in nupt
ego credo me
misissent, quo
contra veitum
tur. Quippe a
pitis dolore nu
quoties auditu
cillum gerens,
bat viribus, mi
Hic scirpum s
gentem, fortas
ne a capite fe
nibus detineba
versi, quod in
nam caelum
rios. Qui aut
saeva, clades,
clamatos, bacu
dentibus dentil
lentus adspic
docuitque pari
rebus, quas di
monerentur. H
ad omnia para
ballistulas, pug
inde, hic illu
sericum spons
filis ipsa virgo
caelibus, qui
et melle et che
Mahumetis —
paludamento v
quod regina q
nuptae puellae
quemque obvi
plumbo morti
nibus, proteru
communiuam,
novae nuptiae,
gere, desidera
sic per sexcen
vocem horren
lorum. Tum a
dicenti, nec ha
scirpum; iacta
quam dextra
quiritarit, fugi
ab hora usque
pone subit pa

Hic arcam
pondere vacil
ret; at non e
tis iniquum
proximi, imm
quibus ille in
bat: « Susten
ferre non po
Subite beneve
et adjuvare n
et robustissim
« vos nescitis

ibus pretiosissimisque copia, Francisci I. habent, praecipue reginae, cui suis traditae ex historia, cuius titulus. Il viro reginae XIV rex fuit, quem matronae

Regem redibus relin- as demiramur, I imperator, cincxit.

reginae torque- cto, ut reginae simi- micabant Napoleone III. traditi sunt. ut aegre pos- maximus ad- lorum reginae Lahore ere- stellam dixe- bus est. Orloff e desumptum, nae, vendidit. addixerat, in India sub- um Russorum mantum gem- ulieres et viri a maxima, ut magnitudine gemmis quid-

STAGGINI.

(*)

mque, tympanae dominus, imen in viam indicarent atumque tuba- us monerim, ventasse, non. Erat pugna quatuor, aut manibus por- partim ar- catenulis fusis toto pe- mines seque- me crucians entre gesta- cupus, et con- si enim talis tympani su- more modo- as quatiebat tinnitum ita e ad inferos in exterfa- illa de buc-

cinatore cura; et quidem iure; numquid enim hi quid ipse pulsaret et quando curabant? Tres igitur ibant, unusquisque sententiam mentemque propriam sequutus, eo melius se fecisse, et facere et facturos putantes quo fortius hi percussissent, quo acutius hic inflaret in cornu. Adde nunc incomitas puerorum voces incondita quaedam et horridula hianti ore latrantes, et habebis musicam rugientium bestiarum. Attamen — quis credit? — ego causam huius musicae nactus sum optimam, eamque convenientem loco, tempore et incolis, ubi ab hospite Donnet rescivi pompa illam esse nuptiale cohortem, a qua sponsa in matrī domiciliū ducebatur.

Regiones illas non modo Turcae et Arabes, sed leones, sed tigres, sed pardi, hyenae, pantherae, et aliae huiusmodi oves inhabitant. Non minus hac musica necessum erat ad amovendos et profligandos, ne, haud invitati, in nuptiale coenam nimium urbani venirent. At ego credo melius fecissent si tubicinem circa meridiem misissent, quo homines ut abessent monerentur; qui si contra vetitum adfuisserint, auditus diminutione multataren- tur. Quippe admonitus recessissem opportune, neque capitatis dolore nunc laborarem; horrens enim adhuc exsilio, quoties audita recordor. Mox homo veniebat gravis bacillum gerens, forsitan ne imbecillus diceretur; nam valebat viribus, membrisque pollens erat, et statura procerus. Hic scirpum super capite ferebat, scirpum et ipsum ingentem, fortassis tympano illi immisericordi parem, quem ne a capite ferentis decideret quatuor adolescentuli funibus detinebant in quatuor orbis plagas constanter obversi, quod inspectis sideribus certis servasse eos puto; nam caelum suspiciebant attentius, soli viaeque incuriosi. Qui autem homo canistrum ferebat, magna, dira, saeva, clades, excidia, internecionesque minabatur voce clamorous, baculo porrecto promisso, extento brachio, fren- dentibus dentibus, aerem sude verberans torvus ac truculentus aspectu. Donnet de verbis minantis me monuit, docuitque pariter ita fieri ut aliquo modo audientes de rebus, quas dives plus minusve puella dotales ferret, admonerentur. Huiusmodi, vel circa, sermones huius: « Ego ad omnia paratus, arma gero ante pectus, ad latera, igniballistulas, pugiones, gladium, clavam. Abite pessimi hinc inde, hoc illuc fures, neque vivo me speretis attingere sericum sponsae paludamentum, quod aureis discrevit filis ipsa virgo caelesti manu, indumentum dignum Houris caelestibus, quae sub tegmine palmarum ad rivulos lacte et melle et cherbeto fluentia paradisum prophetae magni Mahometis — Allah amici — felicissime inhabitant. Et cum paludamento velum est vix thesauro integro emendum, quod regina quaedam Persarum induit, et bello maiores nuptiae puellae assequuti praeda sunt. Abite fures, nam quemque obvium male mulcabo clava, transverbaboro plumbo mortifero, exenterabo pugione, strangulabo manibus, proteram pedibus, interficiam, occidam, in frusta comminuam, disperdam; ne quis paludamentum sericum novae nuptiae, ne velum reginae Persarum audeat attin- gere, desiderare; sin minus, devorabo, destruam... »; et sic per sexcenta verba minis associans gestus minaces, vocem horrendam, stridorem dentium, contortionem oculorum. Tum ad me bonus Donnet: « Amice, ne credas dicenti, nec habeas fidem dvititis. Vacuum quavis re credo scirpum; iactantem vero tot atrocias credo potius pedibus, quam dextra pollere; qui, si improvisus a dextra asinus quiritarit, fugiet, neque retrospiciet, praecipiit cursu hac ab hora usque ad crastinum. Sponsae frater est. Ecce pone subit patruus. »

Hic arcam pariter super caput ferebat, et, quasi nimio pondere vacillaret, hac illac nutabat quoties gressum age- ret; at non erat histrio tam bonus, qui personam patientis iniquum pondus ad amussim referret. Incedebant proximi, immo ad latus duo, virilitate iam paene functi, quibus ille inter moras et nutationes verba haec dirigebat: « Sustentate arcam, amici, sustinete me, qui amplius ferre non possum; opprimor, gravor, conteror pondere. Subite benevoli ». Illi contra: « Nos te debiliores iuvare et adiuvare non possumus. Dura tu, qui olim fortissimus et robustissimus ». « Ah! Heu mihi! », exclamabat ille, « vos nescitis hac in arca esse centum subuculas omnino

novas, totidem iam interdum adhibitas, nam neptis mea candidissima ter quovis die indusum renovat. Praeterea centum ex gossypio vestes nive candidiores, quae tamen nepti meae comparatae coccinum videbuntur. Insuper sericeae pallae sexaginta, quadraginta dalmaticae, femoralia trecenta; mucciniorum, sudariolorumque non est numerus, et omnes oleni incensum, et casiam, et cinnamam, et balsama. Sed sustinet, sustentat; ego dilabor, ego morior, ego expiro... ». Tunc illi tendere manus, et, credite mihi videnti, tangere tantummodo pedem arcae, mox quasi ignitum tetigissent terrum, demittere brachia vociferantes: « Iure quereris, vere sunt isthic centum ex gossypio vestes, trecenta femoralia, muccinia et sudariola sine numero, centum subuculae, sexaginta pallae. Te miserrimum, te infelicissimum, te omni lacrimarum fonte plangendum, qui pondus immane hoc subivisti dilectione tuae dulcissimae neptis! » Mox ille neptem suam laudare, extollere, magnificare, praesertim divitias, quas in coniugis domum ferret, et redire in vestes, in muccinia, in subuculas, in pallas enumerandas. Duo adolescentuli, unus saltem, cum fabiis comitabantur unumquemque ex istis praecombibus, quos ego maiores appellabo; sunt enim quos iure minor res dixerim, nempe qui singuli unus post alium veniebant, atque hic linteum, ille pulvillum, tertius colum, quartus lanam, quintus fusanum, sextus mantile, et sic procedes ad saltem sexcentos. Post quos abacum, speculum, et similia singula semper ferentes, pompae huius quasi corona ecce supremi sponsi magno pronubarum paronymphorumque comitatu, quos prope sequuntur duo innocui gladiatores, fulgidi auro, argento et coloribus omnibus, qui scutum ligneum orbicularem laeva, dextra recurvum arabico more gladium gerentes, inter se vituperia, siqua sunt, mittunt, redduntque, mox excandescere et in duellum ruere, hac tamen lege, ut nunquam in membra, sed in scutum adversum semper ense ruant. Qui congressus ubi fiunt — fiunt autem saepe — clamant proximi et stant, et voce data vel primi consistunt, dum congressus ardet, vociferantes toto ore: *yasahai!* hoc est: salus! Ut quid hoc? Reor ad ostendendum illud poetæ: « Dos uxoria lites ».

Iamque Donnet meus et ego in kaffeariam officinam tabernamque regredimur. Cum vero me lassitudine fractum videret, secum hospitem voluit; et dimissis omnibus, qui in taberna erant, me domum adduxit ut coenari atque cubarem.

Profecto in utramque aurem conquievi; sed primo diluculo, et, si placeat vobis, mane summo, surrexi, et lectulo puro potitus aere, qui montosa illa gratissimum perflat, ac fenestrae adstitti in viridarium domesticum propisciendi, quo nihil delectabilius, mihi saltem tunc temporis. Duo tamen emicabant animo consideranti, scilicet familiarem rem Donnetio meo esse copiosam, et Arabum signaviam et negligentiam e loco abliisse, mira cum prudenter coniunctam ibi videns gallicam operositatem. Nam praeterquam floribus multa conserebantur, fere omnia arboreis fructuosis inumbrabantur a palma dactylifera ad persicum malum et citrinum et assyrium.

Delectabar hisce considerans cum praesto fuit urbanus hospes lagena crystallinam cyathumque ferens, sequentis filio et filia vix a pueritia in adolescentiam demigrantibus, quod illuc, plus minusve, intra nonum, vel intra decimum annum, communiter contingit. Hi kaffuum, saccarum, lactis vas et liquoris, quem *scrubeth...* nescio an recte scribam, certe ita pronuntiant quod nos Galli *scrubette* scriberemos. Nec mora, condens omnia garrulitate illa amabili quae generi unde oriebatur optime respondebat, circumdat me officiis, interrogationibus de mea salute, de requie, de quo essem animo, de sexentis insuper, quae ad rem, ad locum, ad tempus et ad personam erant, vel minus; inter haec singula dispōens super mensam fenestrae quam appositam voluit, iubet me assidere assidens ipse et recumbens — sit venia verbo — quia illuc nihil fere cibi solidi praeter aliquot crustula butyro cooperienda inter haustus sorbitiunculasque kaffei et *scrubethii* sumenda.

Abiere liberi mox reddituri ferentes alter lagenam plenam citri succi saccaro temperati, altera lancem, in qua gelu concretae aquae in frustula comminutae non-nihil erat tum quod satis esset, tum quod superabunda-

ret cupientibus et pleno se proluentibus. Initium ientaculo — rectius « compotatio » vocanda, nam res omnis in potando erat, praeter exigua illa crustula — initium, inquam, fecerunt filius et filia qui chelym a ferreis chordis penna tractantes, mehercule deliciosi!, cantiunculam arabicam primo cecinerunt sono sequente et circumludente suavem, mox gallicum illum hymnum, qui a Massilia, ubi primo editus, appellatur: per plura dein oberraverunt, quae nescio unde haurirent, praesertim Donnettio hospite multa loquente; quo factum est, ut « pluribus intentus minor essem ad singula ».

Ubi omnia que ad ientaculum pertinebant completa sunt, ecce servus advenit catinum aquae portans, qui, suadente me Donnettio, idque esse in moribus apud eos probante, pedes lavit a genibus, et lautos postquam linteo siccavit, odore catulliano, credo, perfudit. Dum ille lavat, de rebus me et casibus suis edocet hospes gallice loquutus, ne servus intelligeret. Hei mihi! servus? an illa tertiaria significatio, qua idololatrae utebantur a catenis et nervis et latomis ad flagella et crucem? Se, dicebat Donnettius, non ita facere, propterea quod et more maiorum suorum, et inde a saevitia abhorret, sed ita omnes se posse facere si luberet, plures et facere quoties luberet, nonnullos etiam atrocis fecisse. Tum adventus sui et domiciliū causam, quo utebatur, narravit historiam per puncta omnium, iota et apices, quam ego brevi complector.

Ad litus Massiliense in Gallia natus, accitus est, delectu habitu, inter milites, qui tunc, res circiter a dimidio saeculi est, in Taurica Chersoneso prope Sebastopolim bella gerebant. Tribunum Arabicum vulnere confectum gravi, equo dejectum, viribus defectum, Moschis horrendo impetu irruentibus, sustulit, impositumque humeris qua fuga potuit in castra reduxit. Qui cum altero et minor pede, et minor altero brachio convalescet, juvenem, cui quod reliquum vitae sibi erat debebat, secum voluit, inque vicum oppidumque suum deduxit, ac veluti filium habuit, ipsique neptem ex fratre unicam tunc biennem despondit, mox quintum ac decimum annum agentem in matrimonio collocavit. Erant homini tribuno, erant et fratri eius divitiae multae tum praediis, tum armentis, tum pecuniis belli iure comparatis (legite: praedatis, extortis, et quaque peiora), quorum omnia, partim dote uxoris Fatimae, partim quia haeres beneficij causa ob servatum tribunum nuncupatus fuit, potitus plene est quarto a nuptiis anno. — « Tu miraberis a me divite tabernam kaffeariam retineri. Secretum hoc mihi a principe provinciae magistratu impositum munus est tum causa tuendi ordinis publici, tum ut perspiciam, quod inter otia et pocula licet, animum mentemque incolarum atque advenarum, aegre ferentium immutationem morum Turcarum in Europaeos, denique uti omnia colligam quae a minoribus magistratibus circa fiunt aut maleficio aliquo aut iniuria populi, eaque principi, penes quem epistolare mihi est officium, fidelis atque impiger deferam. Kaffearia taberna venientes ad me nuntios suspicioni omni remota accipit, et remittit. Hoc tibi fortassis libero indigenum hominem videbitur, sed cuique solo, cuique populo sui stant mores, quibus obsequi necesse est ne in mala incurras, atque ut damna avertens beneficia consequaris. Ita ego nullis fere vectigalibus premor; filii mei, tres enim sunt, in Turco exercitu centuriones primi ordinis facti sunt, reliqui duo, ex quibus unum vidisti, penes me, septuagesimum in annum aetatis, valido quamvis corpore, firmisque viribus, iam delabentem, tranquilli pacatique erunt, donec ipse aeternum quiescam, in extremis tamen vitae momentis mediterranei maris aequora, et Massiliensis littora recordans ».

Haec dicens mutata voce, lacrimam per genas manu detersit, aliquo convertit vultum, ne proximus planctui videretur. Fateor me commotum tunc maxime sensisse quid esset patria, quam dulce delicium, alte depositum in corde, magis quam in mente. Ego ut hospitem a molestia distraherem, de viridario, quod subter erat, inviso rogavi. Ille ultro annuit; duxitque me per scalas ad selamicom suum (hoc quippe nomine seriem cubiculorum viris addictam, designant); mulieribus aliud pe-

nitus diversum, abscissumque est penetrare, in quod nemo, praeter herum dominumque, oculos pedesque ferat. Hoc in Arabum moribus absolutum; in moribus Donnettii nostri aliquanto remissius et indulgentius ius, quo servos non herili iure, sed caritate europea retinebat, ita porro ut rebelles coercere posset, si vellet; nunquam tamen, quamvis voluerit, coeretur. Quos autem pervicaciōes novisset, vendebat libentius eos, quam puniebat, ut apud immites dominos poenas pervicaciae suae luerent aliquando, ipse autem in puniendis suo quidem consilio, alieno autem scelere usus fuisse videretur.

(Ad proximum numerum).

A. VIEILLOT.



ANNALES

Italis regalis puella nata - Wilhelma, Bataviae reginae, iter in Germanos - Mauritaniae et Turcarum et Cretae insulae negotia - Sinense bellum intermissum - Transvaalianum redintegratum.

KALENDIS Iuniis Helena, Italorum regina, fauste peperit filiam, quae mox lustrali aqua redempta, nomina sortita est IOLANDAM, MARGARITAM, MARIAM. Regalis familiae laetitia etiam nos participes fieri volumus, quia Deus, prole donata, benedixerit: auguria immo edere placet, ut adolescat regalis puella et gratia simul et virtutibus, quibus Sabaudiae domus mulieres effulserunt. Hoc enim modo, regibus adhuc datur praesidio et tutelae populis esse.

*

Wilhelma, Batavorum regina, una cum regali sponso Berolinum visitatura tenuit, qua assolet comitate atque humanitate a Germano Caesare excepta. Recentibus feriis atque libationibus fugit intersese augurantes rejecti Transvaaliani praesidis memoria... Ceterum militaris solemnis pompa reginae in honorem etiam habita est.

*

Mauritiae rex Gallis obtestantibus ob violata suorum civium iura et vitam, metu coactus, satis fecit. Legatio brevi Tingis ex oris Massiliam tenebit; sed et Londinum et Petropolim pariter visitabit. Haec placuerunt Russis simul et Anglis, inaneque dubium subortum de Gallorum avidis in imperium consilii atque conatibus dissiparunt.

*

Simile aliud contigit ex Albaniae litoribus; mandavit enim ipse Turcarum imperator ut acceptas ab Italii civibus militari manu iniurias provinciae praeses pecunia et excusationibus sarciret: contulit tamen optime ad rem Italum consilium de mittendis cito in Constantinopolitanum portum loricatis navigiis, quibus detrectantes Turcas fas esset in ius cohobere.

*

Creta in insula nova agitari visa sunt in novorum oratorum coetu, ubi legati suam voluntatem maximis suffragiis declararunt de insula quam citissime Graecorum regno addicenda. Attamen quatuor gentibus, Russis, Gallis, Anglis, Italique, qui tutriam in insula potestatem exercent, placuit pro tempore vota civium rei publicae necessitatibus producitur.

Waldersee dux, relicta tandem Pekini urbe, Iaponiam versus iter facit, unde in patriam redibit. Eius post vestigia quae manent adhuc in Sinis sociorum copiae paulatim imminentur, suaque ad litora singuli remeabunt. Quorum in locum sufficiuntur gradatim Sinenses milites, atque praetores, quamvis se-ditiosa perduellum multitudo haud longissime forte obstrepit armis, et ad ultiones parata, recedentibus illis, appropinquet. Hic itaque debebatur tot praeliis, tot armis totque expensis supremus exitus, ut post annum martialibus laboribus absumptum, ad statum quo ante regredemur! Excipias tamen necesse est pecuniae gravissimum pondus, quod sibi solvendum singuli legati iusserunt, quodque solvent reapse Sinenses... si cuncta prospera cedent.

*

Boerorum ad ultimum redingratur iterum bellum. Dewet ac Botha duces, Kreutzinger, ceterique, instructis iterum agminibus, Anglicos ipsos fines transgressi sunt: Walkfontein immo ad locum Anglos repente petentes, citissimo occursu fuderunt. Quare Londini indesinenter consilia renovantur de novis auxiliis ad suos immittendis, ac praesertim de augendo quo magis liceat equitatu. Ea inter Botha ducis uxor Europam tenuit marit' mandato, ut Krüger praesidi de novissima belli vel pacis condicione oretenus referat.

POPICOLA.



PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

IN Austria delegati ex utroque coetu coram imperatore convenerunt, atque post regis orationem Koerber dux ex disceptatione de republica pro tempore regenda occasionem nactus, assuetum reipublicae ordinem restitutum animadvertisit ad civitatis summam expensarum recognoscendam, seque novam spem favore pandit de concordia etiam de ceteris brevi componendis.

In Gallia Delcassé, rerum ad exteros moderator, de Sinensis rebus fuse dixit, addiditque socias gentes cumulato vadimonio esse paratas ad pecuniam, quam solvere singulis, de inlati detrimentis atque de bellicis expensis, Sinensi reipublicae est, tutoria sua auctoritate ac custodia numerandam.

In Germania convenientibus ex universo Germanico imperio legatis de commerciorum legibus cum foederatis gentibus innovandis consilia agitata: hactenus tamen secreti lege ignota omnibus. Pariter in conventu administrorum, qui singulorum regnorum aerario praesunt, de imperii pecunia et copiis fusa disceptatio habita est.

In Italia coram populi legaris expensarum ratio pro singulis rei publicae necessitatibus producitur.

In Hungaria ad delegatos oratores ex utroque coetu Goluchowski praeses dixit: se molientibus novas res in Turcarum proximis finibus quam maxime aduersum, at pariter Turcas horutus est ut pro Macedonibus statuta in Berolinensi foedere levamina tandem aliquando praesarent: item de commerciorum pactionibus mox inter triplici foederis gentes innovandis prudentissime disseruit.

SCRIBA.

LIBRORUM RECESSO

Acta Gregorii Papae XVI (Constitutiones, Bullae, Litterae apostolicae, Epistolae) recensita et digesta cura ac studio ANTONII MARIAE BERNASCONI. Romae, ex typ. Polyglotta S. C. de Prop. Fide, MCMI.

Tanti Pontificis gesta praeclarissima nefas erat latuisse; multa siquidem in bibliothecarum scriniis ubique

sepulta asservabantur; et quamvis plura e densis quibus obducta fuerant tenebris, lapsu temporis eruditorum manus in lucem feliciter prodierint, attamen haec quoque documenta ob ingenem librorum copiam, in quibus sparsa reperiuntur, paucis tantum usui esse possunt. Hinc et Christi Ecclesiae utilitas et ecclesiasticae historiae incrementa id expetere videbantur, ut tam pretiosa religionis monumenta in unum veluti corpus coalescerent, et uno econspectu exhibenda in lucem prodirent. Id opus, auspic E.mo ac R.mo S. R. E. Card. Vincentio Vanhutelli, magno studio ac diligentia Ant. Maria Bernasconi aggressus est ac perfecit, ea vero tantum monumenta adserens, quae Ecclesiae aliquid utilitatis conferre viderentur. Ex selectis porro universi sumptis auctoritas imprimis eluet Romani Pontificis, cui Christus Dominus Ecclesiam suam regendam commisit; innumera siquidem regeruntur documenta quae Romanae Sedis primatum divino iure evincunt, sive uti doctor et magister fidelium Gregorius ipse in his loquatur, sive etiam denique iusti iudicis vices gerat santes aut rebelles damnando, vel Christi iurium invictus assertor, nequitias novatorum reprobare instituat. Dein sollicitudo ipsius Pontificis abunde colligitur in iuris pontificii sapienti dispensatione; hinc enim patet quae noviter ab Eo missiones sint constitutae in partibus infidelium, quae insuper ampliatae, quae rursus novae dioeceses erectae, quae unitae aut divisae ab Eo sint; religiosa itidem quae instituta probaverit; quae denique privilegia concederit, aut quas diversas facultates, tam privatis personis, quam collegiis clericorum aut laicorum contulerit.

X.

AENIGMATA

I.

Candidulo praestat pars prima colore, secunda

Est parvum numerum vocula significans.

Tertia vexavit iuvenis Demosthenis ora:

Omnis coniunctae splendida tecta dabunt.

II.

Sex mihi litterulae: mentes occoeco superbas.

Dempto principio - fraus mala sumque dolus.

FR. PALATA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus gratis accipiet opus, cui titulus:

LE EGLOGHE PESCHERECC

DI IACOPO SANNAZARO

ED ALTRE POESIE LATINE

con la versione in versi italiani di LUIGI GRILLI.

Aenigmata a. IV, n. VIII proposita his respondent:

1) Scipio. 2) Ros - Rus.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Fr. Xav. Reuss; Th. Vinas Sch. Piar., Roma - D. Le Provost, Briocen - Guili. Schenz, Ratisbona - Collegium Missionis, Sarzana - F. Szymaitis, Opitoklo H. A. Strong, Lisperolo - W. Matloch, Meran - Ioan. Cantono Ceva marchio, Vercellis - Valentinus ab Aletrio, Tusculo - Fr. Sallares Sch. Piar., Sabadello - Herm. Gini, Taurini aquis - I. Brill, G. Maurer, Bonna Ubiorum - Sim. Oliver Sch. Piar., Villanova Geltrù - I. Wabner, Varsavia - Mich. Vidal; Alois, Lafosteza, Palma in insula Maiorica - Societas philologica Mediolanensis - Elis. Duran, Xeretio Sidonio - Abr. Morchio, Genua - Am. Robert, Marieville - Ver. Cariolato, Vicentia - G. P. Z., Modoetia - F. Arnori, Mediolano - I. Walter, Neo-Eboraco - Hild. Guepin, S. Dominico de Silos, ad Burgos - Car. Stegmiller, Sabaria - I. Gras Sch. Piar., Modigliano - Princ. Gordon, Mancunio - P. Alois, a Tabia, Praeneste - Max. Dichter, Babia in Brasilia - Ios. Crosatti, Poiana ad Veronam - Alois, Capelli, Senis - I. Aguilar, Morelia.

Sortitus est praemium

ELISAEUS DURAN,

ad quem missum est opus, cui titulus:

CATO

DE AGRICULTURA

(Ed. Kiel, Lipsiae, ex off. Teubner.)

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

lura e densis quibus
ris eruditiorum manu
haec quoque docu
n, in quibus sparsa
se possunt. Hinc et
tiae historiae incre
n pretiosa religionis
coalescerent, et uno
rent. Id opus, auspic
incentio Vanhutelli,
a Bernasconi aggress
monumenta adserens,
fere viderentur. Ex
auctoritas imprimis
Dominus Ecclesiam
siquidem regeruntur
imatum divino iure
r fidelium Gregorius
enique iusti iudicis
nnando, vel Christi
ovatorum reprobare
atificis abunde coll
lensatione; hinc enim
sint constituta in
pliatae, quae rursus
aut divisa ab Eo sint;
averit; quae denique
rsas facultates, tam
icorum aut laicorum

X.

TA

colore, secunda
la significans.
henis ora:
tecta dabunt.

ccoco superbias.
ala sumque dolus.

FR. PALATA.

gmati interpret
torem miserint in
s gratis accipiet

HERECCE
ZARO
LATINE
di LUIGI GRILLI.

ita his respondent:
- Rus.

inas Sch. Piar., Roma
Ratisbona - Collegium
Joh. - H. A. Strong, Li
Cantone Ceva marchio,
culo - Fr. Sallares Sch.
uis - I. Brill, G. Maurer,
lanova Geltrù - I. Wab
osteza, Palma in insula
anensis - Elis. Duran,
Am. Robert, Marie
Modoletia - F. Arnori,
d. Guepin, S. Dominico
Sabaria - I. Gras Sch.
io - P. Alois, a Tabia,
silia - A. Huza, Gry
- Ios. Crosatti, Poiano
Aguilar, Morelia.

JRA
Teubner.)

MPI, iurisperitus.

i et Socii.

PER ORBEM

RECENTIBUS tam molesta assiduitate illata igne damna gratum fuit hodie in aliquid incidere, unde iuvat faustiora tute sperare. Berolini aedes paratae publice sunt, ubi exhibentur civibus omnia quea, quisquis per universas gentes hominibus ab igne sospitandis studet, aptiora, praevalidaque in remedium excogitaverit atque perfecerit. Exhibitionis huiusmodi auralibus feri solemniter non tam rei perit adfuerunt, quam et ipsi reipublicae moderatores et exterarum gentium legati, qui apud Wilhelmum Caesarem suo mandato funguntur. Hohenlohe autem princeps, honoris causa novi inceptus patronus adlectus, de vigilum cohortibus ubique per orbem constitutis laudes primus dixit; mox Caesari eiusque uxori libavit fauste. Podbielski, vir clarissimus, exterris gentibus earumque legatis grates retulit ob conlatam tanto favore ad inceptum operam, cui respondit Italorum legatus Lanza, ex legatorum collegio senior, exhibitionis novae fortunae ex animo promens auspicia.

¶

Haec vero dum Berolini geruntur, Staraja Erymna atque Bakee, Russiae in oppidis, properat implacabilis ignis ad ultionem. Ex nafta ignis liquidi fontibus, quas Bicibat sodalicium curat atque tutatur, excitatae veluti e solo flammae utrumque oppidum brevi vorarunt, opificia verterunt in cinerem, liquidi acerva in ollis atque urceis momento temporis absumpsi, mulieres duas adus sit, decem male mulcavit.

¶

His autem non contentus Vulcanus, provocatione quasi excitatus, in agonem descendisse videtur; Gap enim ex telegrapho haec adamassim accepimus: ad Gluizil in Champsaur Galliae provincia, Lutetia Parisiorum haud longe dissita, in Farand montis cacumine commota terra eru pisce Mulciberis vim, montem ignitum terrere a longe atque fumigare, quae et, circum incolit, rusticam plebem universam ad novum prodigiū demirandum convenisse undique.

¶

Casus huiusmodi sua sine culpa Galli lugent; sunt vero qui pertinacia infensissima eosdem ipsi sibi paraverint, qua contra reipublicae vetita non semel nec bis repetita, mordicus fecerunt et faciunt. Circenses taurorum ludos, quibus proximis Iberis nulli magis in deliciis esse noscuntur, Galli quoque, praclarum ferme spectaculum, novis cladibus hactenus ignotis pervicaci populo elargiuntur. Nemauso in urbe enim, dum tauromachia habetur, Puget quidam lusor cornuum ictu in femore accepto claudus efficitur: Rouriére socius summa et ipse iuventute florens ex equo occursu tauri deiicitur: bellua autem in prolapsum accurrit, cornuumque iteratis in ore ictibus maxillam frangit, atque in mortis discri men adductum tandem relinquit.

¶

Desertiones si referre esset - quoniam quotidiana ubique occurunt, atque ordinarii prorsus vitae eventus videntur - longissimum iter fieret. Iberiae Madriti atque La Coruña in urbibus flagrarunt: universalis illa, quae neque a vi contra dissidentes abstinuit, haec autem gravior, ita ut cohortibus militum advocatis, cito ad arma res venerit, ac multa clade tandem pax restituta fuerit: quapropter urbs omnis atque loca propinquia militari manu, dum scribimus, gubernantur. In

Hungaria opifex ex Lugos provincia ferreis itineribus addictis, sex millium numero opus deseruerunt; sed eorum petitionibus qui itinerum sodalicio praesunt acriter adhuc obsistunt.

¶

Quoniam vero de discordiis huiusmodi res est, praeterire haud licet quae Ta-ku in urbe Sinensi flagravit inter sociorum milites. Angli enim cum Gallis decertantes ne domus quedam violaretur ac direretur, ab aemulis ira incensis ferro petiti sunt. Inde ipsi vicissim manubalistis suam tuentes vitam missilla nonnulla concierunt: tunc in Gallorum auxilium Germani concurrent, atque excrescit lucta et tumultus, quoadusque centurio quidam Germanus instructo cito manipulo supervenit, atque contendentes vi separat veritatem in fugam. Haec potest ebria victorum mens atque iusti iniustique praerupta libido, qua milites nostri ad humanitatis ulciscendas offensas profecti, in pessimum quodque effraeno furore ruunt.

¶

Haec denique, ut sileam cetera, digne excipiunt Russi iuvenes litteris operam dantes, quorum opera potissimum dum Pirata scenica fabula Kulhaiss agitur vis acerrima exarsit. Mox concurrentibus Cosacis equitibus, ut vigilibus auxiliarentur saxis petitis, turba omnis iuvenum ac opificum armis obstitit, duosque immo alae praefectos vulneravit.

¶

His ausibus spreta in Sinis libertas imponitur et Russis incolis ignota paratur!

VIATOR.

VARIA

Interdum quanti sit induere vestes alienas.

Inter urbes Matritum, quae Hispaniae caput, et Ulyssiponem, quae Lusitaniae, ad oppidulum Leganes ferriviae statio est, qua vaporivaharum transitus temperentur et morentur. Ioannes quidam Parera, catus homo et frugi, loco praerat reique, cui nuper uxor dederat primogenitum, at sicca uberibus infantulum caprino lacte nutriebat, alens pone se in agello domui proximo capellam, quae dominae assueta vultui, blanditiis, crustulis, salis panisque nicias semper coniunctis, ad mulctrum iniussa veniebat ubi appareret. Domesticis necessitatibus impensa factura, puellulum dormientem viro etiam atque etiam commendans domina abivit in vicinum vicum primo mane, et negotiis circa scatentibus, ut fieri solet mulieri domesticam supellecilem remque curanti, diutius morabatur quam par esset. Interea infantulus, perflato somno, expergefactus est, ac de ritu lugere cepit, fame etiam urgente fortassis. Adstitit pater, lamentosumque excipiens ulnis voce, deambulatione, quot modis denique poterat, quot paterna suadebat dilectio, solar, vagari, per multa ferre ante speculum, ad senestram. Inutilia omnia; magis magisque clamabat. Ratus fame puerum adigi in lacrimas et eiulatus, lecto tradit puellulum; ipse capellam mulctrurus in agellum descendit. At cara bestiola homini non assueta illi, a quo nihil doni unquam acceperat, hoc illuc diffugiebat, forsitan proditionis aliiquid suspicans, certe datura mammas dilecta grataeque dominae, non ignoto. Quid faceret infelicissimus pater? Infans ita voces attollebat ut vel gutture, vel pulmonibus dis

rumperetur; et ipse fere dimidium horae hac illac errabundus post capellam consumperat!... Vexatio dat intellectum. Ioanni emicat causa fugae, qua capella intractabilis utebatur. In clave redit, seque uxori vestibus quotidianis induit, et ita personatus ad bestiolam redit, quae, visu decepta, accurrit ad quem credebat dominam, ultroque mulgenda ubera praebet. Potitur lacte Ioannes, et pleno poculo redit ad exclamantem adhuc filiolum, admovetque esurientibus labris ac siccis. Proh! quanto cum gaudio, factus repente silens et contentus ille ebibeat!... Quanto cum gaudio pater ebiventem consolatumque contemplabatur!... At inter haec, quasi fulgor sereno in caelo implens omnia turbine, sibilus insonat vaporivahae proximae toto impetu adventantis. Potuit supra patrem officium, quo salus tot hominum rerumque ei credebatur. Nihil de vestibus cogitans quas ferebat, operis munerisque sui caligine plenus, praecipit in aequum, adstatque vaporivahae fam imminent, iam coram. Servi stationis attonti defecisse ratione virum, insanisse credunt, faciuntque, circaque sunt ut inferant domum. Ille iratus vim facere conantibus repugnat, minatur acerba; rebellis enim credebat. In curribus, quos vaporivaha agebat, vii praefectus erat, qui has de more invisebat. Obstupescens et hic novo miraculo, insanire hominem arbitratus, ligare iubet, in carrum inicere, in manicomium ferre. Ioannes reluctare, et ad arma ruere; res gravior primum, nunc gravissima videbatur plena timoris, plena periculi. Praefectus ipse descendit, auctoritate sua fretus grandi, sperans furianti et saevienti Parero suasurum... Tum Parera supplices ad eum voces movere ut iussa revocaret, se non dementem, sed suo fungentem officio esse contradicentibus rebellibus. At praefectus: — Et personatus muliebri indumento fungerisne officiis tuis?... — Respxit ille se, et paene examinatus est. Rubens pudore, at eodem tempore ingens caritate paterna praefecto modum rei, causamque vestium aperit; hic, bonus paterfamilias et ipse, laudat, erigitque dictis Ioannem, domumque adit, atque omnia invenit prout narrata dabuntur. Laudibus cumulat iterum, et, revertentibus una secum exposita, inter plausus et risus omnium prosequutus est iter. Fertur nunc Parera praemio donatus, nam ultra curam sui munus creditum gessit.

*

Ioci.

A cliente advocatione argue.

Advocatus pro cliente perorans ut a crimine exiguo, potius ignorantia quam improbitate admisso, liberaret, poenamque aut omnino tolleret, aut certe minueret: — Iudices — exclamat — vos ad miserationem moveat clientis mei non imperitia, non ignorantia, non imbecillitas, sed hebes animus, sed stupiditas hominis, quem videtis. — Repente interrupit cliens: — Credite dicenti, iudices, nam nisi talis fuisset, defensori huic non me credidisset!

*

In coquo temperantiae causa.

Dominus coqunam improvismi intrans coquum videt immerso digito, ad os inde admoto, scrutantem liquamina. — Maialis es — inquit indignans — qui more hoc uteris. — Tum coquus pacate: — Numquid velles me tam pretiosa liquamina probaturum uti cochleario? Quid inde tibi reliquum? Ego abstineo uti tu abundes.

P. d. V.

* FIDES *
quod musicum organum
STRADIVARIUS
CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS
CONFECIT
Romae veneunt.

Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZZOLI Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentiae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Summus Pontifex concedit in ordine ad Iubilaeum exercendas et complectuntur praecipios casus qui in Iubilaeo proponuntur. Responsa sacrae Poenitentiae, *etiam recens data, quae opus fuit memorare*, memorantur. Accedunt Constitutio pontifica super extensione Iubilaei et, maxima ex parte, *Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facultatum confessariis tributarum excerpta*.

Opusculum venit lib. 0.50 apud comm. Vox Urbis administratorem, Romae, via Alessandrina, 87.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS
TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE
ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

LIBER (vulgo "ALBUM") praecipua Urbis referens, pulcritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. **1.50**.

FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS
(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. **2.50**
apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE
DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tipi della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latine* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime ali subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandum, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima editit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

SOCIIS MONITUM

In memoriam sociorum revocamus, cuique eorum, qui chartulam ad hoc acceptam remiserit suo ac duorum e sociis novis subscriptam nominibus, pro duobus tantummodo commentarii exemplaribus solvendum pretium; tertium dono datum iri.

Pretium annuae subnotationis comm. "Vox Urbis" vid. in prima operculi pagina.